

## DE VERA CHRISTI CARNE

quem tu Deus vult in illum credere. Quid ergo operaris, qd. s. nobis sit sufficiens, ut credamus tibi: & incipiunt argumentari, quasi dicentes: Tu te filiu Dei praedicas, qd. non intellexerunt Ariani: & sequenter maiorem Moyse te facis, qui seruus Dei erat & scrum Dei se nominabat. Tu aut fateris te Messiam promisum in lege, & de quo scripturæ testimoniorum perhibent in quo implenda sunt. Cporter ergo ut maiora signa facias, quam fecerit Moyse, sed ille tanto tpe totum populu Israel nutrit. Tu aut panibus Hordeaceis parvam multitudinem in cōparatione ad gentē Israel. Maiora ergo fecit Moyse: quō ergo maiorem Moyse te credemus, de cuius pane scriptū est. Panem de cōclo dedit eis māducare. Nō enim erat panis de terra ortus. Christus ergo, accepta occasione loquendi de se: incepit loqui de se ipso, vt est panis vita. Dixit ergo, eis Iesus. Amen amen dico vobis, non Moyse dedit vobis panē de cōclo: ybi animaduertere rāsonē Christi ad dubitationē iudeorū. Negat ergo primo Moysem panē illū de cōclo dedit, se, aut quia per panem de cōclo intelligit panem vere cōlestē, quē negat potius se dari a Moyse, vt exponunt aliqui, vel quia negat Moysem panem illum de cōclo dedit, quem dixerunt patribus eorū cōscium. Non n. Moyse, sed pater viuus Christi, dedit eum ergo aut supple, dedi panes multiplicando Hordeaceos. Iterum Moyse nō dedit panem cōlestēm qui vitā dat aeternā; sed pater meus, dat vobis panē de cōclo verum. Panis n. verus est, qui de cōclo descendit, & dat vitam mundo. Moyse ergo nō dedit, ego aut dedi panē verum, qui ad vitā perducit aeternā; qd. nou faciebat. Manna, qua tūn cōseruabat vitam temporalem, & ad tps. Panis n. verus dei est, qui de cōclo descendit, & dat vitam mundo. Vītam dicit simp̄l, nō vitam temporalem. Mundo dicit, non populo Israel tūn. Cum ergo intellexerint Iudæi, tot præclaras cōditiones panis cōlestis. Dixerunt ad eū carnaliter petentes, vt amplius nō esurirent, sicut & Samaritana dixerat: da mihi hanc aquam, vt nō futiam. Iesus aut incipiens loqui in persona prima, qui in pso na tertia erat loquutus, dixit eis: Ego sum panis vita. Si igīt panem illū cōlestēm vultis; ecce ego sum ille panis. Qui venit ad me, nō esuriet; & qui credit in me, nō sitiēt. Credere per intellectū est, motūnā a voluntate. Venite aut per voluntatem, vt vtracq; in formata potētia, fide scilicet, & charitate, anima perfecta Deo vniat. Animaduertere hic ex Chrysostomo sup istū locum, quod Dns voluit eos in mysteriū notitiam introducere: & primo de se loquit̄ rōne Deitatis. Vnde dixit: Ego sum panis vita. Non n. de cius corpore diciū est, de quo dixit in fine. Panis quē ego dabo, caro mea est pro mūdi vita: Ex quibus pater intentio textus secundū aūream cōpositionē Chrysostomi. Postea Iesus rādit: tacite obiectioi, Potuissent n. Iudæi non intelligentes obiectere: Ad te venimus, & famescimus, & stūm. Rādit Iesus: Sed dixi vobis quia venisti, & nō credidisti; ideo nō confitimini satisfactam perfectam: & cū dixerat, qd. ille est panis, & qd. venientes amplius non famescerent, neq; sitirent, nunc quibus datu est venire, & modū venienti insinuat dicens: Omne quod dat mihi pater, ad me veniet: de pane ergo illo, comedent oēs, quos pater dedit mihi; Dedit inquā per aeternā prædestinationē, & hi ad me venient per fidem & charitatē, & tales nō eiiciā foras, sed intus manebunt in Regno patris mei. Pr̄ ergo eligit, & illi ad me veniunt. Venire aut, actum dicit libertatis, vt vtracq; cōcurrere oñdat, ita qd. integrē satisfactum est Iudæis,

Panem

## ET VERO EIVS SANGVINE. 49

Panem illum petentibus, quasi diceret. Ego sum panis, & nullum eiicio, qui venit ad me; sed vt veniat opus est patris dono, & vestra voluntate, & panem hunc habebitis. Ulterius ostendit se esse illum panē, qui de cōclo descendit, quod de Deitate intelligitur. Verbum ergo descendit, nō locali moru, sed humanam naturam sibi ipsotatice vniendo & exinanivit semetipsum, vt formam serui acciperet; & subdit. Nō vt faciam voluntatē meam, sed eius qui misit me. Duas esse in Christo voluntates, hic manifeste apparet. Volūtatis aut eius humanæ nudæ, acceptæ secundū seipsum, nō est infallibiliter bonum velle, sed vt plena & cōfirmata in gratia. Volūtatis aut confirmationē & cōformitatem insinuat, dices; sed voluntatem eius qui misit me; hāc est aut voluntas patris, qui misit me. i. qui voluit me incarnari. Sic aut voluit pater, vt tota trinitas velit, cum eadē sit volūtatis triū personarum, sicut essentia eadē, & dum p̄ misit eum incarnari, reliquas personas misisse intelligas, licet ad vnam tūn fuerit facta vno humanæ naturæ quæ terminatur ad incomunicabilē existentiam verbi. Volutas ergo patris est, vt oīs qui vivi det filium, & credit in eum &c. Peruidere filium, nō visiōnem beatificā intelligit, quia talis visio credere nō compatit, neq; loquit̄ de visione corporali, vt aliqui incepit exponunt. Nō n. dixit, qui videt me, sed qui videt filium: Intelligit ergo de spirituali visione, quae credendi rō est; ideo videre filium ad credere præponitur. Videmus igit̄ credendū esse in filium, vel pp̄ miracula, vel pp̄ter internū lumen fidei. Qui ergo videt, & credit, vitam habebit aeternā, tanq; strā fidei charitate informata fructū, & resuscitabo eum ad gloriam animę & corporis. Cum ergo Iudei intellexissent, qd. ego sum panis viuus, qui de cōclo descendit; murmurabant de illo dicentes. Nonne hic est Iesus filius Joseph, cuius nos nouimus patrem & matrem. Quō ergo dicit hic, qd. de cōclo descendit: quibus Iesus dixit: Nolite murmurare inuicem, quia nemo pōt venire ad me. i. mihi vñtri p̄ fidē & charitatē, nisi pater meus qui me misit traxerit eum, hoc est illi reuelauerit nō esse filium Dei misum ad salutē mundi; ideo legī Matth. 16. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi sed pater meus qui est in cēlis. Vñ Ioā. primo. Unigenitus filius, qui est in sinu p̄fis, ipse enarravit; nomē aut tractus non violentia alcribas, sicut a Philosophis, inter violentos motus conumerari sollet, sed intelligas inspirationē, retelationē, & præuenientē gratiam: Et si cōsylē de raueris conuersiōne Pauli, tpe quo Christum persequebat: nomen tractus non abhorrebit, & ego suscitabo eum; Addidit vero hoc, vt intelligas vñā esse potētiam, que trahit & suscitat; & erūt oēs dociles Dei. i. de omni genere hominū erūt docibiles per internā illuminationē; nam oīs qui a patre audiuit internā, scilicet illuminationē, & didicit; venit ad me credendo. s. & operando. Ne quis autē existimaret istos audientes a patre, patrem videre subdit, nō quia patrē vidit qd. quā, nisi is, qui est a Deo hic vidit patrem; qui ergo a Deo est, per eternam generationem, figura substantia; ipse vidit naturaliter patrē, & subdit. Amē Amē dico vobis, qui credit in me, habet vitam aeternā, quia ego sum panis vita. i. vitam conferens absolute, & ponit differentiam inter Mānam, quae est ros cōlestis, & panem quem scipsum verum de cōclo dixerat, qd. proportionaliter intelligas, illi comedebant, & Māna illis non cōferebat nō mori, secundū corpus, pp̄ter qd. cibis ille sumebat. Panis aut iste cōlestis ad vitam animę ordinat, & facit vitam

Intra

## DE VERAE CHRISTI CARNE

eternam spiritus. Plus ergo operor ego q̄ Moyses: tum quia Moyses non fecit illam, tum quia panis ille vitam animat reddit aeternam, ratione eius intra seca, licet defectu liberi arbitrii q̄aç sequatur oppositum mors. s. aeterna: Ros autem ille, qui pluit in deserto, non erat sufficiens reddere corpus potens nō mori. Et panis quem ego dabo: dixerat Iesus, se panem, qui de celo descendit, ne ergo credere rent Iudei, sicut credunt moderni heretici, Christū esse panem viuisificatiū, sola ratione verbi incipit docere, qđ est panis viuisificatiū, etiā ratione sui sacratissimi corporis, secundū quod exponit Chrysostomus: Ideo dicit; & panis quē ego dabo, caro mea est pro mundi vita; vbi incipit prædicare, & prædicti ponere hoīes ante q̄ instituat sacrum, quod nemo aliis posset, neq; Papa, neq; Ecclesia, neq; Angelorum multitudine; & ostendit sub qua specie vult instituere illud: ideo utrūq; complectens dicit: Panis quē ego dabo. Dicit ego, vt a Romana Ecclesia confitum nō existimes sacram. Dicit dabo, quia erat in Cafarnaū: Ordinatus autē erat illud: Sacrum in ultima cena, qua celebrata fuit Hierosolymis. Dixit vero: Caro mea est, non carnē meam significat, & veritatē docens veritas. Dixit quā ego dabo. s. crucifigendam pro mundi vita: Caro ergo illa virtute spiritus sancti coce p̄ta est, quam promisit Cafarnaū, & obseruauit Hierusalē, & obseruabit vsp ad cōsummationē sacculi. Dixit vero, pro mundi iuxta illud, Io. 2. ipse est p̄petratio pro peccatis nostris, & nō pro nr̄is tm̄, sed etiam torius mudi; & patet quā in epte exponunt locū istum dicentes sic: Et fides q̄ habetis de carne mea exposita a Patre pro mundi salute, est cibus animae vestrae: sed textus dicit panē, & isti expoununt fidē. O admirabilis expositionē: intelligent isti cacci, qđ intelle xere Iudei, dicentes: Qūo potest hic dare carnē suam, ad manducandum; quibus r̄ndet Iesus, nō dicens, qđ comedenter panē, carnem eius significantē; & biberent vinū, significatiū sui sanguinis, aut fide de passione Dñi, & omnis eorū cessasset obiectio: sed dixit, quid comedunt escent, & quid bibuntur, & necessitate comedendi & bibendi, dicens. Nisi manducaueritis carnem filii hoīs, & biberitis eius sanguinem, vitam in vobis nō habebitis: & sicut vera fuit Māna, de qua patres eorū murmurauierunt in deserto numeri. 21. dicentes: Aia nostra naufragat super cibo isto leuisimo, ita vera est Christi caro, & de Christi carne murmurant. Christus aut, necessitatem imponit, vt qđ illi existimabant impossibile dicentes: Qūo potest hic carnem suam dare nobis ad comedendum: necessarium intelligent ad salutē, & de cōmestione sacramentali intelligit. Necesitas vero huius Sacramenti, Baptismi sufficientia nō derogat, qui iuncta est sacramentorum: Sacrum vero Eucharistia, est necessarium, aut actu, aut in voto, aut proprio, vt in adultis, aut saltē voto. Ecclesia, vt pueris, quibus fides Ecclesiae succurrit, & in qua baptismum suscipiunt: & aaduerte hic, lector, quod ad euitandum quorūdam Boemorū errorem cōmunicantium etiam pueros sub vtrāq; specie: modernus quidā expositor, cōno contendit sermonē Domini, nō esse de cōmestione sacramentali, sed de fide mortis Christi, aut Sacramenti Eucharistiae, sed iste contradicit patribus. Imp̄ primis Chrysostomo dicenti, vt superius allegauimus, quod Christus loquīt̄ de pane viuisificatiuo ratiōe sui corporis, cum infra dicit: Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Augustinus etiam super Ioā. Tractat. 27. exponit verba Ioan. de Christi corpore, & sanguine in sacramento altaris: vnde dicit hunc itaq; cibū, & fuori

## ET VERO EIVS SANGVINE. 60

fuori membrorū, qđ est Ecclesia in prædestinatis, & vocatis, & iustificatis, & glorificatis, sanctis, & fidelibus eius. Huius rei sacramentum, i. viuitas corporis & sanguinis Christi, alicubi quotidie, alicubi certis interuallis dierum, in dominica mēsa præparatur, & de dominica mensa sumit, quibus dā ad vitam, quibus dā ad exitum: hæc ille. Similiter in libro de Cōcordia Euangelistarū lib. 3. cap. i. dicit qđ ideo Io. nō fecit mētionem de corpore Christi & sanguine qn̄ cōnam & lotionē describit, quia iam antea in 6. capite, hoc tractauerat: Et quō Ioā. qui rinatus est, difficultissima legis, poterat hoc sacrum silentio præterire, aut vbi loquit̄ de hoc, si hic nō intendit de illo. Inducimus vero istos doctores cōtra istum expositorem, q̄a Catholicus est: nec Boemorū fundamenta nos perturbat: Necessestātem n. huius Sacramenti vidisti, aut in actu, s. aut in voto, aut proprio, aut Ecclesia. De cōicatione vero, sub vtrāq; specie: dico qđ qui corpus sumit, eius sanguinem sumit: nam corpus illud viuuēt, & cum sanguine, sicut in celo: neq; in Calice est sanguis extra venas, sed v̄sus est textus verbo potandi: aut ppter liquidā naturam sanguinis; aut portius ppter accidentia viui fluentia; nō oportet ergo illa separatim accipere, quia nō habetur hoc ex textu. Sacerdotes tñ vtruntur illo modo cōmunicandi, vt representent dominicā passionē, quo ad separationē sanguinis a corpore, nam qui panem illū comedit, mortē Dñi annunciat. Explicatus tamen si sanguinis sacram separatim sumit, & hæc erat cōfuetudo in populis, in principiō naescientis Ecclesiae: Aucta tñ postea Christianorum multitudine, r̄nabilitā, populo denegat, pp scādala quā de facili oriri possent, pp liquidam naturā accidētiū vini: neq; denegatur populo via salutis, quia neq; sacerdos plus accipit, q̄ quilibet de populo. Dicūt quidā Catholicī, qui Tho. de vio expositionē sequuntur, si Xps in isto capite Io. de sacro Eucharistiae loquit̄, cum ipse necessitatē iponat comedendi carnē eius, & bibendi eius sanguinē. Vnde dispensatū est ab ecclesia, vt populis sub specie panis tñ ministret, & vnde infantibus ab ecclesia vtrāq; species denegat: Quis potest hæc facere, nisi qui potens est, instituere & mutare sacram? Qūo christo imponēte necessitatē māducādi & bibēdi audemus nos dicere & prædicare populo. Manducate carnē Dñi, & salvi eritis. Dicunt multi, q̄ illud fieri pot, quia in corpore sanguis est, nā corpus illud viuuēt, & tale assumitur, quale in celo est: sed Christus, cum instituit sacram, de corpore suo viuo loquebat, & corpus viuuēt dedit discipulis ad manducandum. Tale n. dedit, quale habuit, & tñ etiā dedit sanguinē ad bibendū: neq; oportet inconuenientia inducere quā sequant̄, quia nemo cautior Xpo est, qui sacram sub vtrāq; specie instituit: & adeo vrget ista sacram necessitas, q̄ Aug. repetito sermone, existimat, q̄ Eucharistia ēt in infantibus necessaria est, vt ipse dicit de peccatorū meritis, & remissione. l.1. cap. 20. & 24. & 27. duas epistolulas Pelagianorū ad Bonifatiū. l.4. cap. 4. & alibi millias. Sed 2tra illum, est argū difficile, & euidentia manifesta. Parcat mihi in hoc Aug. cui tñ debeo. Christus, n. regeneratis regnū cōlorū, & vitā aeternā, pmittit, & sacram regenerationis institutū est principaliter, ad tollendū reatu originālis peccati, cui poena est priuatio visionis Dci. Vetus, n. homo noster simul crucifixus est, vt destruat corpus peccati, inquit Apost. ad R. 6. corpus peccati, dicit Aug. Met. de baptismo parvulorū, i. oīa criminā quē simul sunt quasi corpus & cōgeries peccati. Gratia autē Dei, q̄ in similitudine carnis peccati in cruce pepedit,

## DE VERA CHRISTI CARNE

per baptismum id agit, ut vetus homo crucifigatur & corpus peccati destruat. Vetus itaque nostra peccata & culpa, quae est ex maledicto primi hominis, in cruce Christi destruta est, qui nostram mortalitatem suscepit, & peccata nostra pertulit in corpore suo super ligno, in quo pendit mors domini, ut morte moriendo superaret, & maledictum velut latus nostra factus maledictus pro nobis consumaret. Vetus nostra, & maledictio in culpa consistit & pena Christi alterum assumptam peccata sunt. & ita gemina nostra veritas, unita sua veritate consumpsit. Vnde & uno die, & duabus noctibus in sepulchro quietuit. Quia una veritate, duas nostras veritatem & maledictiones consumpsit. Regeneratus igitur, moriens in similitudine mortis Christi, & in nouitate spiritus ad veram vitam resurgit. Hec tu me docuisti Aug. Theologorum Princeps. Quid ergo prohibet ut puer regeneratus, vitam non ingrediatur aeternam? Vbi deiustitia quae pueri sine peccato puniret, ut tu protra Pelagio obiciere soles. Opinio igitur Aug. vii sacrificio regenerationis derogare. Christus etiam quoniam dedit sacramentum corporis sui dixit. Accipite & manducate, volens denotare, quod illud sacramentum non nisi potentibus accipere ministerium est; quod forte volens aperire Paulus ad Cor. dixit. Probet scilicet hoc, & ita de pane illo edat, & de calice illo bibat; modo puer non potest scilicet probare. Dedit enim dominus sub specie panis & vini, quae escas sunt & cibis, ad insinuandum, quod non datur istud sacramentum nisi potentibus manducare, & desiderare & interno affectu moueri ad illud sacramentum. Nec propter hoc quod dixit Paulus, probet scilicet hoc incidat in errorum in quibus incidit Thos. de Vio, quod non sit necessarium tunc confiteri peccata sua quia vult assumere sacramentum. Error hic perniciosus est, & in magno discrimine ponens sacerdotem. Qui nam in aliquo peccato est, iudicium sibi manducat & bibit, assumens tantum sacramentum. Et licet sola contritione aliquis sufficiens sit delere peccata, quia tantum misericordiam contritionis suae nescit homo, tenetur certiore via eligere. Dispenitentia nam, de peccatis applicata sacerdotio penitentiae ex vi clavis, sufficit ad delenda peccata, et si de seno non sit sufficiens. Ideo peccat homo, si hanc certam viam dimittens, soli sue dispensatione profidit. Sed redeamus ad principale. Et dico quod si ordinem institutioem, & vestimentum voluerimus altius intelligere: inueniemus ecclesias postmodum ex ipso Christo traxisse originem. Christus nam instituit sacramentum, cui esset vivens, pridie quam patrem, & ita. sexta feria. Sexta nam passus est, sicut & sexta feria ab orbe codiro peccauit Adam secundum scripturam Irenaei, ut illa die in qua mortui fuimus per terram Adam, per celestem evi- ficationem, & in sacro tale corpus dedit quale erat: passibile. sed & mortale in sua disponere naturali, & in signum futurae passionis suae, in qua sanguis separandus erat a corpore: dedit discipulis corpus suum ad manducandum, & sanguinem suum ad bibendum. Post resurrectionem vero, cum apparuit duobus ex discipulis suis eutibis in Emaus, quorum oculi cordis clavis erant: accepit panem, & fringit, & dedit eis ad manducandum. Panem inquit dedit sui sacratissimi corporis, ut qui primus comunicauerat discipulis corporis suum passibile, in sacro: primus coicaret corpus suum glorificatum & impassibile. Et sicut primus sub utraque specie dedit, ita primus dedit in specie tantum panis, ad instruendam ecclesiam suam, ut in sacerdotibus super mensam Domini sedentibus, primum modum Christi imitaretur, in persona ambulantium populorum. secundum modum imitaretur. Sed neque sacerdotes plus accipiunt, quam oportet, neque laici minus. Quod vero Christus illis duobus dederit corpus suum in sacro, ad manducandum, & non panem ut aliam: Atque me docuit, de sensu Evangelistarum. l.3. Ne Christus dicit, se quisque

## ET VERA RATIONE ET SANGUINE.

61

quisquam agnotuisse arbitretur, si eius corporis particeps non est, i.ecclesia, cuius unitatem in sacramento panis coniuncta. Apostolus. Unus panis, unus corpus multi sumus: ut cum eis benedictum panem porrigeret, aperirent oculi eorum, & agnoscerent eum. Sicut erat apparuit eis, quorum oculi tenebantur, ne agnoscerent eum: non autem incongruenter accipiantis hoc impedimentum in oculis eorum. Sarpanca factum fuisse ne agnosceret Iesus, sed tamquam a Christo est facta permissione utque ad sacramentum panis, ut unitate corporis eius participata remoueri intelligatur impedimentum inimicis. Augustinus & Iohannes Chrysostomus, super Mat. Homel. 17, cande doctrinam tradidit dices. De sanctificatio ergo Pane licet animalibus iactare, & infidelibus dare, quia non sanctificat accipientem. Si autem tale esset, quod de manu sacerdotis accipitur, quale est quod in mensa manducatur, nec de manu sacerdotis acciperet. Vnde dominus in via non solum benedixit panem, sed de manu sua dedit Cleophae & socio suo, & Paulus naevigans, non solum benedixit panem, sed de manu sua portavat Luca, & cateris discipulis suis. Quod autem de manu porrigitur, nec animalibus dandum, nec infidelibus porrigidendum: quia non solum sanctificatum est, sed etiam sanctificatio est, & sanctificat accipientem. Hac Chrysostomus. Et hanc sententiam sequitur Theophilactus Luc. 24, & Beda innuit illam, & concenuit haec verbis domini dicentes. Dico vobis. Non bibam a modo ex ista creatura vitis, utque in die illum, quo vobiscum bibam novum in regno patris mei. Quae Mat. recitat institutione sacramenti. Et licet Christus quotidie bibat in membris suis: ipse tamen Cleophae tradidit corpus suum: & ita in membro ipse tunc primum manducavit, & bibit. Licet non populis, sub specie tantum panis, accipiat corpus Domini, in qua specie non sunt accidentia vini que fluantur: manducat tamen carnem domini, & bibit eius sanguinem: & sacerdos non bibit sanguinem extra venas domini. Non sanguis est, qui fluit, sed accidentia vini, inter quae, & Christi corpus, nihil mediat, ut haec sit propositione vera. Hic sunt accidentia vini: hic est verus Christi sanguis, & verum christi corpus, & inter illa nihil mediat, ideo praecepit hoc sacramentum, via est ad salutem: Christus nam est ostium. Sed quis ingreditur per hoc ostium ex illius conditionibus: considera, ut notar. Origenes in epistola ad Rom. Per ostium nam virginitatis non ingrediuntur adulteri, & fornicatores. Per ostium humilitatis, non ingrediuntur superbi. Per viscera misericordiae, non ingrediuntur atari raptiores, & fures. Per ostium veritatis, non ingrediuntur mendaces. Per ostium iustitiae, non ingrediuntur iniusti. Hoc ergo sacramentum, tibi hoc ostium aperit, si eius conditions tecum attuleris: si non, eris cum virginibus factis foras missus, quia sine oleo & odore bonorum operum es. Quae vero dicta sunt de sacramento sub via specie populo administrando sunt, consonant scriptura eloquii, quae exierunt ex ore domini, quando hoc admirabile sacramentum instituit, nam dominus sacerdotium instituit, quo ad primam eius potestatem, quae est super corpus Christi. Vt cum in ultima cena Hierosolymis celebrata, uero tipica ostia, & legale sacerdotium deseruerit. Potestate vero super corpus Christi mysticum dedit, post resurrectionem, dans eis potestatem retinendi, & remittendi peccata in foro illo secretissimo, fidelibus manifesto, hereticis autem occulto, quando ergo in cena sacramentum instituit, sacerdotium, initians illis legem impo- fuit, non solum accipiendi, sed etiam celebrandi sub utraque specie: ideo ad utramque,

L

## DE VERA CHRISTI CARNE

Sacerdos ut sacerdos tenetur. Dicit n. dominus: Accipite & manducate & docet eos formam, qua debentur vti, & veritatem sacramenti apertam, dixit: hoc est corpus meum, qd pro vobis tradetur: Hoc facite in meanem cōmemorationem. Hac dñs. Dixit ergo facite, quia sacerdotes instituebat, quid hic ad laicos, & sic consuetudo sacerdotum, a christi institutione duxit originē. Populi vero obedientia, & a Christo, & ab ecclesia posita & mandata est: & n. Martinus Lutherus hæc anū maduerisset, a via patrum non recessisset, in libro suo de sacramento altaris. Redeanus vero ad Ioā. Euangelium, quod nūc præ manibus habemus. Subiunxit ergo Iesu virtutatem prouenientem, manducantibus eius corpus, & eius sanguinem bibentibus, dicens: Qui manducat meam carnem, & biberit meum sanguinem, habebit vitam æternam. Ecce aī p̄mū, vitam promittit æternam. Quid sit autem vita æterna: habes Ioā. 17. Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum v̄rum Dominum, & quem misisti Iesum Christum, & ego eum suscitabo, scilicet doribus corporis insignitum. Si ergo a viuo viuum est, & a corpore eius, & sanguine, vita sumentibus, promittit a Domino. Viuu Christi corpus ibi esse non dubites. Vlterius veritatem hanc explicat Iesu dicens: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere potus. Dicit vere: ut omnis metaphoræ, omnis similitudinaria expositio, & figuralis tollat & medio. Figura n. rei, nō vere dicit res. Qui ergo manducat meam carnem, & biberit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo: ergo vitam habebit æternam: nam Io. 14. legitur. Ego sum via, veritas, & vita. Si ergo, ego in illo maneo, qui vita sum æterna; qui manducat meam carnem, vitam habebit æternam: & subdit doctrinam admirabilem dicens. Pater misit me, quod de incarnatione verbū intelligas, & ego viuo vita, scilicet spirituali sue humanae naturæ cōuenienti propter patrem effectiue & finaliter: & sicut missio, & incarnatione, fecit cnosequenter eum vita spirituali viuere, & frui posterioribus bonis, ita qui manducat meam carnem, ut manducatio missione respondeat, viuet propter me. A patre ergo viuente, vita deriuatur in filium. A filio viuente, vita deriuatur in eos, qui carnem eius manducant: ex promissione infallibilis veritatis: & cum multa dixerit Iesu, nunc de se ipso pane ratione diuinitatis, nunc rōne corporis, subdit: Hic est panis qui de cœlo descendit, ut vtriq simul complectetur. Descendit ergo de cœlo, quia diuinitatem p̄e cōmunicatam habuit æterna generatione. Descendit de cœlo, quia verbum caro factū est. De cœlo quoq; descendit, quia corpus eius sacratissimum fuit virtute spiritus sancti conceptum de purissimis sanguinibus virginis. Qui ergo manducat hūc panem qui de cœlo descendit, viuet in æternum, quod non poterat Manna merito sui, corporibus præstare patrum vestrorū, qui murmurabant de cibo illo, sicut nunc vos murmuratis dicente: Quo potest hic dare carnem suam ad manducandum: quibus Domini respondebit, & non ad cacciatorem & indurationem cordium eorum, ut moderni heretici exponunt: quia eadem verba, quæ hic dicit Iudeis, dixit discipulis in cena, quando fuit institutum hoc venerabile sacramētum. Iti autem murmurabant, quia alium modum comedendi carnes, præter eum qui fieri solet, de reliquis animalibus ignorabant. Credebant ergo se distributurum in partes carnem suam in cibum, quod quia inhumanū fuisset, dicebāt: durus est ille sermo: quibus Iesu ait. Si ergo videritis filium hois ascendentem ubi erat prius, tunc supple

## ET VERO EIVS SANGVINE 62

supple cognoscetis, non quod de cœlo descendit, ut isti moderni exponunt: quia non intendit hoc docere. Sed dixit illud, ut intelligerent Iudei, q; non dabit suam carnem ad comedendū esu corporali, sicut carnes aliorum animalium vescimur. Cognoscetis ergo tunc, qd carnes istas vobis ad comedendū nō eroga/bo, quia corpus hoc ad cœlos ascendet: sed meā substantiam dabo presentem realiter: in sacramento tamē, sub quo realiter accipit̄ corpus Dñi: illud inq, qd habet in cœlo, & ad hoc declarādū, subdit: Caro nō prodest quicquā, spiritus est, qui viuificat. Caro n. Christi ut videt̄, & inquantū humana Caro, nō prodest quicquam: Caro tamen Christi, inquantum caro Christi, est caro & spiritus. Est enim in ea spiritus qui salutem operatur. Caro ergo Christi, in sacramento dentibus nō scinditur, neq; facta alteratione in nutriti substantiam cōuertitur, sed manducatio spiritualis verae substantiae corporis Christi, qd sub illis speciebus nō frangitur. Cibat animā spiritualiter & sacramentaliter manducantis: quia vel gratiam cofert, vel iam habitam auget ad p̄mū. Vlterius subdit verba quæ ego loquitus sum, sunt spiritus & vita. i. qd dixi de manducatiōe panis cœlestis, q; mea caro est secundum sensum spiritualem, spiritus est, & vita animæ: quia sicut corpus viuit ppter animam, ita anima viuit ppter spiritum: corpus ergo qd est in sacramento, & nō modo sensibili, vitam operat̄ in vobis. Nec n. est impossibile aliquid esse corpus & spiritualiter manducari, ut credunt obvicientes heretici. Non n. qd spiritualiter manducat, spiritus est. Cibatur igit anima nra Christi corpore glorio/so, qd realiter accipit, spiritualiter & sacramentaliter: & cur his verbis, verba mea sunt spiritus & vita, nō coferunt tot alia verba ab aliis Euangelistis posita, quæ huius sacramenti veritatem p̄dican: ut accipite, & manducate hoc est corpus meum: & hic est sanguis meus, qui pro multis fundetur: & panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita: & nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: qui manducat meam carnem, & biberit meum sanguinem habet vitam æternam: & caro mea vere est cibus & sanguis meus vere est potus, & alia multa quæ isti heretici peruerterunt. Et dicant isti: si caro non prodest quicquā, ita absolute debet intelligi, ut isti exponunt. Se queretur quod caro Christi circūcis, passa & mortua, nō profuisset quicquā, cōtra illud Luca: Ultimo oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam: & prima Petri secundo: Christus passus est p nobis, & infra: Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: & Apocal. Primo in sanguine suo lauit nos. Liuore n. eius sanari sumus: & si carnis passio nō profuisset gratus Christus mortuus fuisset. Non enim absolute intelligitur quod caro non prodest quicquam: sed dicunt isti, vera est sententia dicens caro nō prodest quicquā de manducatiōe. s. sed qd erit istud dicente Christo Ioā. 6. Iudei murmurantibus, q; necessaria erat suā carnem manducare, & eius sanguinem bibere: quia caro sua vere est cibus, & sanguis suus, Vere est potus. Caro ergo Christi, ut passa prodest: ut manducata prodest: verum ut corporaliter manducata, non prodest. Caro ergo carnaliter manducata non prodest. Manducare ergo p̄cepit, & accipere verum Christi corpus sub speciebus panis, non tamen modo sensibili & carnali man/ducatione, sed spirituali, quam isti non intelligunt stare cum reali existētia cor poris Christi sub modo sacramentali. Neq; omnia hæc oportet exponere de

## DE VERA CHRISTI CARNE

fide passionis Domini, quam toties docuerat Dominus: neq; oportebat celare veritatē. Iudeis, quam Paulo ante docuerat, dicens: Opus dei est, vt credatis in eū qui misit me. Qd si inducere postmodum voluit corda eorum: quomodo eis de verbis praeclis est vīstis in nouissima cena Hierosolymis celebrata, cū dilectis suis loqueretur. Ex his quē dicta sunt, patet error modernorum Hæreticorum negantium Eucharistiam esse sacrificium; nam aliquid factum ad honorem soli Deo debitum, & ad eum placandum: cur sacrificium non appelletur, non video. Præterea illud qd Deo exhibetur, vt spiritus hominis feratur in Deū: sacrificiū dici potest, iuxta illud Prophetæ: Sacrificium Deo spiritus cōtribulatus. Eucharistia autem utimur, vt spiritus noster feratur in Deum. Præterea sacrificia ordinant̄ ad tria. Primo ad remissionem peccati, iuxta illud Pauli ad Hebreos. 4. Ois nāq; Pontifex ex hoībus assumptus, pro hoībus cōstituitur in his quā sunt ad Deū, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Secundo, ordinant̄ sacrificia, ad p̄seruacionem gratiæ; ideo offerebat Hostia pacifica Leuitici. 3. Tertio ordinant̄: vt perfecta anima Deo vñiat, quod fit in gloria. Ideo in veteri lege offerebatur Holocaustū. i. totum incensum. Cū ergo in sacramento cōtineatur Christi corpus: per illud remittunt̄ peccata, iuxta sermonē Apostoli ad Hebreos. 10. Habemus fidem per sanguinē eius in introitu sanctorū, licet principali nō ordine ad remissionē peccati: quia qui indigne sumit, judicium sibi manducat & bibit: illud tamen facit noua legis, de se potest, & deuot̄ accidentis atritio fieret contritio, vbi confessio fortale fieri non posset. Cōseruat etiam nos in gratia, vt patet per Christi promissionem dicentis. Qui manducat meam carnem, vīta habebit eternam, quia manebit in Christo, & Christus manebit in eo. Sacrificium quoq; dicitur, quia est speciale rememoratiū passionis Domini iuxta sermonē Domini, Lucae. 22. Hoc facite in mēa cōmemorationem, & Paulus ad Cor. Quotiescumq; manducabitis panē hunc, mortem Dñi annunciatibis. Propter qd baptismus, ita est sacramēntum quod non potest dici sacrificium. Dicit̄ ēt hoc sacramētum, Eucharistia: quia illum continet, qui fons est & origo oīs gratiæ, de cuius plenitudine oīs accipimus. Io. primo. Cōtinet. n. Subsistente nō accidentalē grām; ideo Eucharistia dicit̄. i. bona gratia: & dicitur etiam viaticum, quia in via nos substantiat per modum nutrimenti, & ad finem perducit. Nemo enim venit ad patrem, nisi per filium. Dicitur vero cōmōnū, quia per hoc sacramētū vīnimur inūicem & Christo, vt patet Ioā. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meū sanguinem in me manet, & ego in eo. Solet ēt aliis nominibus nominari, vt mysterium fidei & hiūsmodi, vt dicimus, cum de forma cōsecrationis erit habendus sermo. Hucusq; probatum est ex textu Evangelistarum & Pauli, qd sub spēbus panis sit vīus Christi corpus. Ut tamē hæretici magis cōfundantur; animi autē Catholicorū magis reficiant: Decretū inducere, quid super hoc præcipui doctores dixerint, præfertim cum doctoribus istis, velint aduersari corū hæresim defendere, & tñ sacramētū impugnare. Damascenus igitur lib. 4. cap. 1. ait. Nunc interrogas qualiter panis sit corpus Christi, & vīnum & aqua sanguis Christi. Dico tibi, & ego qd sp̄us sanctus superuenit, & hæc facit quē sunt super rationem & intelligentiam, & in fra quem/ admodū in baptisme, quia cōsuetudo est hominibus aqua lauari, & oleo vngi. Coniugavit oleo, & aqua gratiam, spiritus, & fecit illud lauacrum regeneratio/ nis.

## ET VERO EIVS SANGVINE 63

nis. Ita quia consuetudo est hominibus panē comedere, & vinum bibere, & aquā. Coniugavit eis Iesus diuinitatem, & fecit ea corpus & sanguinē eius: hæc iste Doctor egregius. Diuus aut̄ Ambrosius. 4. de sacramentis dicit: Sicut verus Dei filius est Dominus Iesus Christus, ita vera Christi caro est quam accepimus, & verus sanguis eius est potus. Item in eodē libro ait. Iste autem panis, ante verba sacramentorū, panis est vīstus; vīi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Consecratio aut̄, quibus verbis est, & quibus sermonibus, nīl Dñi Iesu. Si. n. tanta vis est in eius sermone, vt inciperent esse quā nō erant, quantum magis operatioris est, vt sint quā erant & in aliud cōmutentur. Si enim operatus est sermo cœlestis in aliis rebus, cur non operatur in cœlestibus sacramentis: ergo ex pane corpus fit Christi, & vīnū fit sanguis cōsecratio verbi cœlestis. Modū requiri, accipe. Cōsuetudo est, vt non generet homo, nisi ex viro & muliere; sed qd voluit Dominus, de spiritu sancto & virgine natus est. Item Hilaritus. 8. de Trinitate ait. De veritate igī carnis & sanguinis Christi, nō relictus est ambigendi locus. Nunc. n. ex ipsius dñi professione & fide nostra: vere caro est, & vere sanguis est. Hoc ergo vīta nostrā causa, in nobis carnalibus manentem: per carnē Christum habemus, vīcturis nobis per eum, ea conditione qua vivit ille per patrem, & 10. de Trinitate, dicit: se panem hic dicit: ac ne verbi virtus, atq; natura defecisse existimaret: in carne panē carnem suā esse dixit: vt per hoc, qui descendens de cœlis, panis est non ex humana conceptione. Origo etiam corporis eius existimare, dum cœlestē etiam corpus ostenditur. At vero, cū panis est, absumpti, p̄ verbum corporis est professio. Item Hieronymus in sermone dominicæ post Epiph. sic scribit. Singuli aut̄ accipiunt totū Christum dominū, & singulis portiōibus totus est, nec per singulos minuitur, sed in singulis se præbet. Item, idē ad Eluidum, nec Moses dedit nobis panem vīrū, sed dominus Iesus ipse cōiuia: & coniūrium ipse comedens: & qui comeditur. Item Ambrosius in libro de sacramentis. 4. inquit: Mirabile est, quod Deus Manna pluerit patribus, & quotidiano cœli p̄secebantur alimento: vnde dictū: Panem Angelorū manducauit homo, sed tamē panem illum, qui manducauerunt omnes in deserto mortui sunt. Est autem esca, quā accipitis: iste panis vītius, qui de cœlo descendit; qui vīta eternā substancialē administrat: & quicunq; hunc panē manducauerit, nō morietur in eternū, quia cōrpus est Christi. Conlyderantur, vtrum præstantior sit panis Angelorum, an cato Christi: quā vītīcōrpus est vīta. Manna illud de cœlo. Hoc super cœlum. Illud cœli. Hoc domini cœlorum. Illud corruptioni obnoxium, si in diem alterum seruaretur. Hoc alienum ab omni corruptione. Qui cunq; religiose gustauerit, corruptionē sentire non poterit. Illis aqua de petra fluit, tibi sanguis ex Christo; illos ad horā satiauit aqua. Te sanguis diluit in eternū. Iudeus bibit & sitit. Tu cū biberis, sitire nō poteris. Illud in umbra hoc in veritate. Et post pauca, sequit̄. Potior est lux, q̄ vībra: veritas, q̄ figura; cōrpus creatoris, q̄ māna de cœlo: & infra, multis miraculis recitatis, dicit. Sed quid arguitis vītemur suis vītam exēplis: incarnationis astrauamus mysterii veritātē. Nun quid natura vīsus præsentis, cum Dominus Iesus ex Maria nascetur? Si ordinē quarimus, viro mixta foemina generare cōsueverat. Liquet igitur, q̄ prater natūrā ordinē, virgo generat, & q̄ confecimus cōrpus ex virgine est. Quid hīc na-

## DE VERAE CHRISTI CARNE

turā ordinē quāris in Christi corpore: Cū prēter naturā sit ipse Dñs Iesu partus ex virginē vera vtiq̄ caro Christi est, qua crucifixā est; quē sepulta est: Vere ergo illius carnis sacerdōtē est: Ipse clamat Dñs Iesu: Hoc est corpus meū. Ante bñ dictionē verborū cœlestiū, alia spēs noīatur. Post cōsacratiōnē Xpi, corpus signifi- cat. Ipse dicit sanguinē suum aī cōsacratiōnē. Aliud dī post cōsacratiōnē: san- guis nuncupat. Tu dicas Amē, hoc est, verū est, quod os loquit̄, mens intenta fa- tetur, quod sermo sonat, affectus sentiat. ¶ Item idem dicit, oīa quæcūq̄ voluit Dñs, fecit in cœlo & in terra, & quia voluit, sic factū est; ita, licet figura panis & vini videantur; nihil tñ aliud, quā caro Christi & sanguis post cōsacratiōnē credē dum est. Vnde ipsa veritas ait ad discipulos: Hoc, inquit, caro mea est pro mundi vita, & mirabilis loquar non alia plane, q̄ quānata est de Maria, & paſſa in cruce & resurrexit de sepulchro; hæc inq̄ ipsa est, & ideo caro Christi est quæ p mudi vita adhuc hodie offert̄, & cum digne accipit vitam vtiq̄ aternā in nobis ope- ratur. Panē quidē istū, quē sumimus in mysterio, illū vtiq̄ intelligo panē q̄ manu spūs sancti formatus est in vtero virginis, & igne passionis decoctus in ara crucis. Ireneus doctor vetustissimus, Polycarpi discipulus, qui fuit discipulus Ioā. Euangeliast. Hanc veritatē p̄dicit & defendit. Audi inq̄ ipsum p̄tra heres Valen- tini. l. 9. vbi dicit. Vani aut̄ oīmodo, qui vniuersam diſponō Dei cōtēnunt, & car- nis salutem negant, & regenerationē eius spernunt, dicētes nō eam capacēt̄ esse in- corruptibilitatis. Sic aut̄ secundū hæc, videlicet nec Dñs sanguine suo redemit nos, neq̄ calix Eucharistię cōmunicatio sanguinis eius, neq̄ panis quē frāgimus cōficiatio corporis eius est: Hac ille. Et infra, multoties repetit sermonē de vera Christi carne, & vero eius sanguine. Vñ dicit. Spūs n. neq̄ ossa, neq̄ carnes hēt, sed de ea dispoñē, quē est secundū hōiem, quæ ex carnibus & nervis & ossibus co- sistit, quē de calice, qui est sanguis eius, nutrit: & de pane qui est corpus eius, auge- tur. Hac Iren. videamus mō, quid Cyprianus dicit, quē adeo magis facit Aug. Di- cit Itaq̄ Cypr. in p. l. suarū epist. Vt quos excitamus & exhortamur ad præliū, nō inermes & nudos relinquamus, sed protectione sanguinis & corporis Christi mu- niamus, & cum ad hoc fiat Eucharistia, vt possit accipiētibus esse tutela, quos tu- tos esse cōtra aduersariū volumus; munimēto dñicæ saturitatis armemus; hæc Cypr. Et infra. Idoneus esse nō p̄t ad martyriū, qui ab ecclesia uō armatur ad præ- liū; & mens deficit, quā nō recepta Eucharistia erigit & accendit. Eandē verita- tem aperi in. l. suarū epist. declarādo verba Paul ad Cor. Sed audi Cyp. in sermo- ne de cœna Dñi, vt imotescat tibi, q̄ impie dicant heretici moderni, vbi trāslab- stanțiationē dicunt cōficiāt̄ esse a P̄apīstis. Audi, inq̄ Cyp. dicentē. Hoc sacerdōtū, aliquā corpus suū, aliquā carnem & sanguinem, aliquā panem Christus appellat por- tionem vita eternā, cuius secundū hæc visibilia corporali cōmunicauit naturā. Panis iste cōsīc in carnē & sanguinem mutatus, procurat vitā & incremētū. Quid est, ergo mutari pānē in corpus christi, nisi transubstantiari? Dicit ēt Cypr. in fine eiusdem sermonis. Sed & nō ipsi corpus eius effecti, sacro & re sacramenti, capi- ti nō connectūt̄ & vniunt̄, & infra. Eundē cibū manducantes, & cundē po- tum bibeentes, qui de petra spirituali profluit & emanat. Qui cibus, & potus est Dñs noster Iesu Christus. Hac Cypr. verba, cōsolantur dēmī animam fidelem, ¶ Itē Gregor. Nazianzenus, dīctus benemerito Theologus, orōne sua. i. dicit

## ET VERO EIVS SANGVINE. 64

ista verba. Ita iōf̄ educatus, & eruditus, quēadmodū & nūc oporteret illos, qui & magnū Christi corpus tractare debent. Aug. quid dicat, mox tibi aperiā, vt taceāt & erubescat heretici. Imprimis, vide ipsum in .l. 9. suarū cōfessionū cap. 12. & 13. vbi primo habes missam pro defunctis. Habes ēt Eucharistiā, vocari sacrificiū preciū nostri, qđ offertur in missa. Etica habes missam, & ofōnes, & eleemosy- nas prodefētē defunctis. Et hanc doctrinā repetit in. l. de cura agenda p̄ mortuis, vbi habes pro eis suffragia nō sine aliquo ordine. Dicit. n. quæ cū ita sine, nō exi- stimemus ad mortuos, pro quibus curā gerimus peruenire, nisi qđ pro eis siue al- taris, siue orationū, siue elemosynarū sacrificiis solēnter supplicamus, quānū nō pro quibus sunt, oībus profint. Sed hist̄m quibus, dū viuunt, cōparat, vt p̄ sint: Hac Aug. Verū int̄litos inueniō addentes et & ieunij. Ex his verbis Aug. patet, q̄ detur purgandi locus post obitū. Suffragia. n. non sunt pro martyribus & beatis, neq̄ pro dānatis in inferno: ergo pro his qui sunt in purgatorio. An- maduerit tñ, q̄ Aug. in tract. de. 8. quēt. ad Dulcitiū, verba quædā dicit, quæ in- ducunt quidā, intelligēt̄, vt purgatoriū possint in dubiū reuocare. Nec erit inu- tile, hic parum digredi, vt mente in Aug. exponamus. Aug. itaq̄ expōnens verba Apost. 1. ad Cor. 3. vbi dicit. Saluist̄ nō erit quasi p ignē. Aug. dicit, q̄ quidā sunt qui Xpm amore rerū temporaliū non deserunt: tñ dolent amissione terū, quas di- ligebant. Sed iste ignis, & iste dolor, nō subuertit, neq̄ cōsumit. Et de hoc dolore, & de hoc igne, ipse dicit: Tale aliquid ēt post hanc vitam fieri incredibile nō est: & utrum ita sit, queri pōt, & aut inueniri, aut latere: Hac Aug. Et ita nō dicit latere ignem purgatoriū, sed si est dolor de temporalibus, quē hic dimittunt̄ post hanc vitā. Postea vero introduceit expositionē de igne purgatoriū. De quo certe Paul. intelligit in fine, cū dicit. Ipse aut̄ saluus erit, sic tñ quasi per ignē, nō in priu- cipio, cū dicit. Vniuersiūsque quale opus sit, ignis p̄babit. Tunc. n. per ignem, diui- nū rigorosū examen intelligit. Et q̄ illa dubitatio Aug. nō sit de purgatoriō, sed de dolore post obitū, ipse manifestat qui eandē dubitationē repetit de fide & operibus cap. 16. cuius verba, si videbis, nō dubitabis sup istud. Quod vero ipse purgatoriū ponat: Vide in Enchir. ad Laurentiū, cap. m. vbi dicit. Neq̄ nēgandū est, defunctōrū animas, pietate suorū viuetiū releuari, cū pro illis sacrificiū media- toris offert̄, vel elemosynā in ecclesia sunt. Hac ille. Et declarans modū, di- cit, q̄ suffragia nō profint valde bonis, i. beatis, neq̄ valde malis, i. dānatis; sed mediocriter bonis, mediocriter malis; qđ nīsi de purgatoriō intelligiueqt̄, neq̄ illi tertii in inferno sunt, quia dānatos nominat, vt male quidā Anconitanus in- telligit; sed dānāntur existentes in purgatoriō. i. p̄cēnā dāni patiunt̄. Nō te de- cipiat verbū istud in doctrina Aug. qui semp dicit pueros decedentes sine sacro regeneratiōnē dānati, & tñ nō sunt in inferno. Liber. n. ille de fide ad Petru Dia- conū, vbi hoc dicit; non est Aug. sed dānāntur pueri. i. p̄cēnā dāni patiunt̄. Mi- tissima tñ est pena eorū. Et si in inferno es̄t intelligenda illa Aug. doctrina; in- tantū possent multiplicari suffragia, q̄ nulla pena es̄t in inferno, aut per dimi- nationē penā, aut per augmentum virtutis, vt pena fieret tolerabilior. Et si tibi dī, quod Aug. dubitat de purgatoriō, in Iognosticon cōtra Pelag. Censura & Phrasis, te docent illum librū non esse Aug. a quo habes purgatoriū, missam sa- crificiū nostri preciū, pro defunctis, & veritatē Eucharistiā. Et vide ipsum cōtra

## DE VERA CHRISTI CARNE

literas Petilian. l. 2. vbi dicit: Sicut aliud est carnis circuncisio Iudeorum: Aliud autem quod octauo die baptizatorum nos celebramus: & aliud est Pascha, quod adhuc illi de ovoe celebrant: Aliud autem quod nos in corpe & sanguine Domini accipimus: Hac Aug. & ptra Cresconium grammatici. l. i. ca. 24. dicit: Quid de ipso corpore, & sanguine Domini unico sacrificio pro salute nostra: quis ipse Dominus dicat: Nisi quis manducaverit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit in se uitam: Nonne Apostolus docet: etiam hoc perniciosum male ventibus fieri: Et in cap. 27. iterum repetit de sacrificio corporis & sanguinis in sacro, & in anima, & eius origine, ad Petrum presbyterum. l. 2. cap. ii. vbi reprehendit eos, qui corpus Christi offerunt pro non baptizatis. Et l. i. de peccatorum meritis & remissione, & sup. Io. 6. cap. & ptra duas epistolam Pelag. ad Bonifacium. l. 2. & l. 4. Eandem veritatem sacramentum instruit. Et in psal. 33. 2. cione 2. dicit: Quae sunt ista Hostia ciuitatis, nisi corda nostra, quae clauseramus ptra Christum, qui de tympano crucis aperuit corda mortaliu[m], & ferebat in manibus suis. Quod ferebatur in manibus suis, quia cum commendaret ipsum, corpus suum, & sanguinem suum: accepit in manus suas, quod non erant fideles, & ipse se portabat quodammodo, cum diceret: hoc est corpus meum: Hec Aug. qui in epist. Thos. ad Bonifacium. epist. 23. sic dicit: Nonne semel imolatus est Christus in seipso: & tanquam in sacro, non solum per omnes Paschae solennitates, sed omni die, populis imolatus: nec utique mentitur, qui iterum rogatus eum transferretur in mortaliu[m]: Hec Aug. Qui infinites veritatem sacramentum Eucharistiae veneratur: Origenes et, doctor glorioissimus, & post apostolos ecclesiastarum magister, a Hieronymo appellatus, sup. Matt. cap. 26. Tract. 34. dicit: Panis iste, quem Deus verbum, corpus suum esse fateatur: verbum est nutritoriu[m] animalium; verbum de Deo, verbo procedens: & panis de pane celesti qui positus est super mensa; & infra. Et potus iste, quem Deus verbum, sanguinem suum fateatur: verbum est potens & inebrians praeclare corda bibentium; & infra. Est sanguis vuester illius, quem missa in torcular passio nis, protulit potu[m] hunc. Sic & panis est verbum Christi factum de tritico illo, quod cades in terram bona multum fructum reddidit: Hec Orig. Vbi patet manifeste, in calice esse sanguinem Christi, qui dictus est: & Botrus vuester, ut notat Aug. in enarratione sua, in psal. 8. Ille Botrus vuester est, quem ligno suspensum de terra promissionis, qui primis erauit a populo Israel, eamque crucifixum attulerunt: & pars ligni, in quo suspensus erat pars ante, & pars post terga, utrumque testum significabant. Sanguis ergo istius vuester, & ille panis, qui moriens tunc fructum attulit in sacro assumuntur. Et ita apparet tibi, secundum intentionem Origenis, quod panis in sacro, verbum est, quia corpus Christi est: (non substantia panis) assumptum a verbo in unitate existentiae, sicut in unitate personae: & qui manducat hanc carnem, vivet pro Christum, sicut Christus vivit pro Patrem, ideo Propheta a Spiritu sancto edocuit, dixit: ut Aug. notat in enarratione psal. 1. Rex meus, & Deus meus: quia regit Christum scripturae appellare solent, & Christus via est, per quam itur ad Patrem. Ideo Apostolus admirabiliter & profunde complectens Trinitatem mysticam, dixit: Ex quo oia, per quem omnia, & in quo omnia. Ex Patre, non oia sunt, per filium, & sunt omnia; & instauratur omnia. In spiritu sancto, sunt omnia: Dilectione enim Deus facit, cuncta quae facit.

## Solutiones

## ET VEROTEIVUS SANGUINEI 69

*Solutiones ad rationes Hesychiorum.*

**R**EMANET nunc rationes factas ab aduersariis ostendere, contra veritatem non excludere. Ad primam ergo rationem, non resum est, declarando Euangelium Iohannes ab istis perpetua intellectu Christi, non caro dentibus scissa, & in stomacho digesta, nihil prodest: Nam sic Iudas intelligebant sermonem Domini, & quod esset erogatus eis, carnem suam. Iohannes dicebant: Durus est iste sermo, propter quod Christus eos ab errore retinens, certificauit eos quod corpus eius gloriosum ascensum erat in celos; & consequenter non erat sic datus carnem suam ad comedendum ut naufragium generaret: modus ergo comedendi carnalis non prodest, neque caro eius ut humana est, & ei regio spiritus accepta, prodest quicquid. Prodest autem Christi caro, quae caro est & spiritus. Caro ergo nihil prodest. Caro Christi prodest, quia est unita supposito verbi in unitate existentie, iuxta illud Augustini de Civitate Dei. Nonne caro per seipsum mundat, sed per verbum, a quo suscepta est: quod cum principiis omnium suscepta aia de carne, & animam credenti mundat & carnem: ergo caro non prodest quicquam. Quid non prodest Christi propinquum esse, propinquitate carnis spiritus est qui vivificat, & caro Christi ut Christi est, caro est & spiritus, & ut spiritus vivificat, non est in regione spiritus distinguibilis. Oportet ergo spiritualiter mysteria intelligere, non quod ibi non sit sacramentaliter verum Christi corpus, sed interioribus oculis carnem Christi vera sub speciebus panis adorare, & sacramentaliter & spiritualiter comedere. ¶ Ad secundam rationem patet solutione, quia vera Christi caro non carnaliter comedesta, ut certae carnes comeduntur, naufragium non generat. Unde Iudei praecepit videbant dubitare de modo, quia alii modum comedendi carnes prater solitum ignorabant: iohannes dicebant. Quo potest carnem suam dare ad manducandum. Instructus autem de modo per fidem, non est naufragia, sed maxima delectatio vniuersitati corporis, sicut fit cum digno sacramentum istud suscipitur. ¶ Ad tertiam rationem in qua dicitur, quod oes sensus contradicunt nostrae positioni: dicendum nunc est: Quid quarunt isti naturae ordinem. Christus ex virginine sine viro, prater naturam, natus & mortuus, resurrexit: prater naturam mortuos suscitabat: prater naturam ascendit ad celos. Si haec Euangelio creditur, cur non credemus eidem dicenti? Hoc est corpus meum: & hic est sanguis meus. Captiuare non oportet intellectum in obsequium dei, & ubi sensus praelarent exceptum, euacuare & fides & meritum fidei, cuius hoc sacramentum est mysterium. Sed quia ista species consecrata potest nutrire, & sequenter ex eis generari substantia: aliquid est dicendum, quia ex non substantia non potest fieri substantia: & aliqui sunt, qui dicunt, quod Christus est in Eucharistia quadruplex species sunt, ita quod sub illis posset stare substantia panis. Statim autem quod desinit substantia corpus Christi, reddit substantia panis: sed isti sunt in errore manifesto, neque stant in opinione. Quarum non ab istis quod reddit substantia panis, aut reddit in ultimo instanti, quoniam generatur substantia nutriti, vel ante illud instantem, si in illo instanti: ergo tunc est panis, & non panis. Est nam panis positione: non est panis quia primum esse substantia genite est prius non esse panis ex quo generatur: Si vero reddit ante illud instantem: ergo remanebunt per aliquod tempore species panis convenientes, sine Christi corpore, vel Christi

## DE VERAE CHRISTI CARNE

Corpus per aliquid tēpus erit insimul cum substantia panis, qđ isti admittere nō lunt. Ideo alii aliter dicunt, qđ antiquo miraculo, deus nouā materiam creat, non aut illam, quā in corpus Xpi conuertit. Sed queritur ab istis: qđ nō redit ista materia; aut redit in instanti, qđ noua substantia generat, vel ante illud instantis. Si an: ergo est ibi Xpi corpus, cum alia materia, quod illi nō concedunt. Praterea illa materia, omnino erit cū aliqua forma, quia secundū illos non pōt materia, per quā cunctū potentiam esse sine forma, quia contradictionem implicat: neq; pot Deus effectum formalē separare a causa formalī. Est autē effectus formae ponit; ergo erit Xpi corpus cum alia substantia, aut erit materia sine forma. Si vero ponitur in eodem instanti, frustra ponit; vt agens naturale ex ea generet, cū non generet nisi ex materia quanta. Praterea generat corrūpendo. Materia aut illa, non ponitur redire cum forma corrūpenda, quia sic ēt cōcurrenter primum suiesse, & primum sui non esse: ideo audienda est Thomae sua, qđ dimensionibus ppter propinquitatē quā habet ad materiam cōcedit, qđ possint esse vicemateria, qua in instanti generationis diuina actioē virtute primi miraculi, trāsit in materiam, & agens attingit nudā essentiā materię, vt patet apud Tho. 3. p. q. 77. non qđ forma substantialis perficiat dimensiones, qua nō sunt materia substantialis. Hoc simile est, dicere albedinem Angelū informare. Praterea, actus in genere substantialia, non pōt esse actus potentia in genere accidentis. Praterea a quo fit illa forma de novo, qua secundū eos in dimensionibus recipere. Si a Deo creat, nō oportebat laborare ad saluandos effectus agentis naturalis, int̄m quod, dimensionibus naturā materia cōcedimus. Si vero illa forma fit ab agente naturali, quo agens naturale educet formam a paſlo in cuius potentia nō cōinet. Actus aut̄ substantialis, nō contineat in potentia accidentalis dimensionis: agens ergo naturale agit in dimensiones vscq; ad instantis ḡnatiōis exclusiue: sed tunc agit in materia inquā formā introducit & quātitatē educendo de potentia paſsi: vide Th. 3. par. & ita vicepanis patitur; recipit vero dimensio iā vere facta materia. Pōt etiā dici, quod qđ cunctū desinit Eucharistia, siue per alterationē, siue per motū in quāitate redit substantia cōposita, cui illa accidentia conueniunt, & quam afficiunt in instanti corruptionis, & immediate fit a Deo. Parte inq; istud, qđ celsante Eu charistia, nō amplius durat miraculū, vt accidentis sit sine subiecto: ergo in instanti illo redit substantia cōposita, & non alia q; illa qua: nata est illis accidentibus affici. Hac autem substantia, a nullo fieri forsitan pōt, nisi a deo, quia nullū agēs habet virtutem actuā ad hoc sufficientem. Deus ergo est, qui substantia cōposita ibi creat: q; si vltior sequit̄ generatio de illa substantia: agens naturale, qđ ibi habet paſsum sibi cōueniens, habet unde agat in formā substantialē. Donec aut̄ illa substantia generet, qđ poterit virtus nutritiva ex accidentibus generare substantia, aut a generare: sed de hoc est sermo, cum de transmutatiōibus circa Eucharistiam disputamus alibi; & sic habes qđ in his quā ad fidē attinent, nō est fugiendum ad sensus, quia sic de trinitate & incarnatione dicerem. Sed dicas cum Paulo ad Hebreos. ii. Fides est sperādarum rerū substantia argumentum nō apparentium. Beati qui nō viderunt & crediderunt Ioā. 20. Ad sequentem rōnem, quā ad quid valere & inducere velint nō intelligo: si quia tanto apparatu fecit illud Dns volunt elicere (vt videntē intendere) nō esse ibi ve-

rum

## ET VERO TIVSISANGVINEI 66

rum corpus Christi. Vnde illud sequat̄ nō video. Videſ fortasse illis, quod vbi ſit verum Christi corpus in ſuī reali p̄nitia, nō deberet cum tanto appetitu celebra ri: ſicut vbi panis ſit, qui verum Christi corpus ſignificaret. Accepit ergo Iesuſ pa nem, non vt panis remaneret, ſed vt qui ſui voluntate ex nihilo factus eſt, in corpuſ Christi p̄cēxilens mirabiliter conuerteret. Ad ſequentem rōnem, qua fun damentum eſt erroris eorum, dico quod loca per eum adducta ſunt metaphorica, & ex ſermonib; metaphoris trahere ſimilitudinē ad ſermonem propriū ethominiſ non potentiſ diſcernere iter verū & veriſimile. Cognoscitur aut̄ quādo ſermo eſt parabolicus ex circumſtantiis ſcripturā, qua ſcripturas illuminat. Non n. ſi Leo dicitur Christus, ideo Leo erit, qui in ſyluis habitat, & rationis eſt expers. Dicit tñ Dns caro mea, vteſt cibus. Si vere, nō ergo parabolice. Simili dum dicit ſeptem boues pingues, ſunt ſeptē annū vberatatis: quiſ nō intelligit boues non esse annos, ſed annos vberatatis ſignificare: ſimiliter qđ ſemen, bonū ſeminū non eſt filii regni, & alia qua ſe inducunt. Similiter dum dixit: Ego ſum vi tis vera vobis elitis palmites. Quōd Christus erat vritis: ex hoc quod ſubdit potest intelligere. Nō u. diſcipuli erant veri palmites, ideo neq; Christus erat vera vritis materialis, ſed pp hoc nō ſequitur, quin ad Christi benedictiōne illam. ſ. qua dicit, & qua in confeſcando utimur, hoc eſt corpus meū, panis nō fuerit coheruſus in verum Christi corpus, & vini in eius ſanguinē. Sed ſi oia volunt in parabolis ſal uare: quid ſoliditas remanebit in fide: neq; cōuenit ſermo metaphoricus in in ſtitutione ſacramenti, ſicut qđ Dominus in parabolis loquebatur. Ad aliam rōnē quam accipiunt ex verbis Luca. 22. Animaudite lector, quod eſſe memoriale paſſionis Domini, nō negat ibi fore verum corpus Christi, ſicut neq; pp hoc qđ ſacramentum illud mysterium vocat. Vnde fomentū erroris accipiunt aduersarii: nam vt memoriale ſit & ſignificatiū dominicā paſſionis, non requiriſt ut ibi ſit ſubstantia panis, immo verum Christi corpus qđ in cruce fuīt paſſum, perfe ciūs eius paſſione ſignificat, & memorialiter repræſentat. Ideo voluit Christus, ducens nos ad manus amicitia, ſuamq; charitatem declarans erga nos praefatis: ſe non ſolum videri deſiderantibus, ſed & palpare, comedere, & amplecti & totū effectū explere: igitur vt leones ſālam spirantes, ſic ab illa mensa diſcedamus, terribiles faci diabolo. Verior ergo repræſentatio & cōmemoratio fit Domini ex paſſionis, per verum Christi corpus, q; per panē triticum: Panis. n. Cœlestis, magis repræſentat paſſionem Domini cœlorū, q; panis de terra ortus. Mysteriū quoq; dicitur illud venerabile ſacrum, qm aliud cernitur, aliud credit, cernuntur ſpecies panis & vini. Caro aut̄ Christi creditur, & verus Christi ſanguis: ideo fidei, mysteriū, quia ſola fide penetrabilis; nec per aliquā artem ſunū potest experimē tum. Solet etiam qnq; ſacrum iſtud a multis exempli appellari, nec propter hoc debet negari veritas ſacramēti: nam & Christi mors & eius resurrec̄tio, exempla ſunt nobis, & tñ vera mors, veraq; resurrec̄tio. Scribit. n. Petrus. i. Ep. 2. Christus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exéplū vt ſequamini veſtigia eius. Resurrec̄tio quoq; exéplum eſt, nos admoneſ, vt a peccatis resurgamus, & cōfidamus in carnis resurrec̄tionē: nam Xps resurrexit, ergo & nos resurgenſiſ. Quod vero in eadem ratione inducunt ex verbis Apoſtoli, iam declarauimus mentem ciuiſ conformem dictis Euangelistarum. Species enim panis ſrangimus, panem tamē

DE VERA CHRISTI CARNE

ecclœstem qui de cœlo descendit, accipimus & comedimus, species frangēdo, corpus Dñi nō laedendo. Illum, n. panem dat, quem Māna figurauit. Non figurauit aut Māna panem Triticeum, sed panē celestem qui longe superior est pane Angelorum, quē comedenter patres in deserto. Cōicario est ergo corporis Christi, & mortem Dñi annunciamus perfectius per verū corpus eius, q̄ fecisse mus per solum panē caducum. Cum ergo Christi carnē offerimus, Christi passionem cōmemoramus: gratias Deo agimus, qui in sanguine filii sui redemit nos. Redemptio aut dicit, quod hostibus datur pro redimēdis captiuitas. Ipse ergo est redēptio nostra, iuxta sermonem Isaia. 53. cap. Vere languores afros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Christus, n. (ad Rom. 4.) mortuus est pro delictis nostris, & restituit ppter iustificationē nostrā: ideo corpus eius verissimū offertentes: cuius passionē memoratus: Deo gratias agimus; & de mensa discedimus tanq Leones diabolo facti terribiles. Ad auctoritatē Aug. r̄ndendū est, quia nō est similis Tertuliano, quē magnificavit, tñ Hierony. hereticū nominat, & dicit qd̄ incidiſ ē in errore in Montani: sed qualis sit mens Aug. Lucæ clarius probauimus. Audent tñ quidā modernus hereticus Zuuinelius appellatus, dicere Aug. mentem esse, negare in saefo verum Xpi corpus, tacuisse tñ, q̄a op̄positum tpe suo valde inualuerat: quaē quantū Aug. cōueniant, & eius doctrinā, alii deiudicent. Ignorauit fortasse Aug. naturā mendacij, quam nullus melius cōsyderauit, qui neq̄ officiosum admisit, vt patet in libro suo de mendacio. Dico ergo, q̄ accidentia panis, & sanguinis, cum Xpi corpore, quaē Xps dedit discipulis in instōne huius sacri: sunt sacram, qd̄ significat Xpm pastum. Non est tñ ibi panis significatiuus, sed panis cœlestis est, qui Christi passionē significat, ad id qd̄ dī de Aug. sup. Io. 6. dico qd̄ loquitur de corpore Christi mystico, & de gratia, quaē est eius effectus. Et de vero Xpi corpore oia hæc tāgit, ut videri patet. Neq̄ ponentes corpus Christi in sacro, carnem scdm carnē exponimus, sicut Iudæi cōdentes Christum ergo atrū & distributum carnes suast ad comedendū. Xps autē in cœlo est, & in Hœlia realiter; sac̄ aliter tñ; & ideo nō carnaliter intelligimus, sed sp̄ualiter, veram tñ carnem eius. Et si licet Aug. per cūdē Aug. exponere: audi verba eius, vbi superius induximus. Et si veritas ait: caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus: quō magnū erit panis quem ego dabo. Caro mea est pro mundi vita, nisi vera sit caro, sed quia fas nō est vorare dentibus: voluit Dñs hunc panem, & vinū in mysterio vere carnē suam, & sanguinē suum, cōsecratio ne sp̄u sancti potentialiter creari, & quotidie pro mundi vita mystice imolari, ut sicut de virginē p̄ spūm sanctū vera caro sine coitu creat, ita per eundem ex substantia panis & vini, mystice idem corpus Xpi cōsecretur. Corpus Xpi, & veritas, & figura est. Veritas, dū corpus Xpi & sanguis virtute Spū sc̄i. In virtute ipsius, ex panis & vini substantia efficit. Figura vero, s. quod exterius sentit, & credendum est, qd̄ in verbis Christi, sacrā conficiant. uius, n. potētia creant, prius eius utiq̄ verbo ad melius procreant. Sic ergo intelligas, ut sacri doctores exponunt. In ecēna, n. dum ipsum, & nō ipsum corpus, qd̄ videbat manducabatur, ipm sim pliceret & nō ipsum visibiliter, ut dicere possit Dñs: pauperes semper habebitis vobiscum, me autem semper nō habebitis, & ego semper vobiscum ero usq ad cō summationem sæculi, quod non de diuinitate intelligitur, quaē cum sacculo non terminabit,

ET VERO EIVS SANGVINEI 67

nō terminabitur, sed de sacramentali p̄ntia, de qua antiquiores verba dicit, quae nō nisi Deo cōuenient si recto iudicio iudicent. Dionyſius, n. Ariopagita in lib. de Ecclesiastica Hierarchia (si liber eius). c. 3. secundum nouam translationem scribit, q̄ Pontifex, cum diuina munera, laude prosecutus fuerit: sacrosancta & angustissima mysteria cōficit, & quaē ante laudauerat, venerandis opera & abdita lignis, in cōspectu agit, diuinæ munera reuerenter ostendens ad sacram illorum cōmunionem, & ipse cōuertitur, & reliquos vt cōmunicent hortatur: & post multa subdit. Describit enim Pontifex in his ferme sensibiliter muneribus in cōspectu dans Christum Iesum nostrum spiritualem, ut in imaginibus vitā ex diuinitatis occulte perfecta & incōfusa nostra mortalitatis assumptione Clementi, sume proprietatem ex nobis accepisse, atq; ad diuinsibile nostrum sine mutatione, sui ex unitate naturali processisse, perq; hanc beatissimam clementiam ad participationem sui suorumq; bonorum inuitare genus humanum. Si tamen ipius clementia inseratur, ipsam quantum fas est imitando, sunt veraciter cōlortes Dei, diuinorumq; participes efficiamur. Hac Dionyſius de sacramento Eucharistie, & longe plura vbi insinuat ibi et le verum Christi corpus, sed speciebus panis & vini operum. Redeanus ergo, vnde diuertit sermo ad soluedas, s. hereticorum rationes. Ad auctoritatem Origenis dico, quod isti aut parum, aut nihil considerauerunt verba Origenis, qui dicit, panis quem Deus verbum, esse fateatur corpus suum, cibatorium est verbum anima. Dicant modo isti: Panis Triticeus est verbum unitate nature, aut unitate suppositi: & clarum est, quod neutro modo ille panis est verbum. Corpus vero Christi, licet non sit verbum unitate nature, est tamen verbum unitate suppositi. Secundo, dicant: Iste panis Triticeus est ne cibus anima, & clarum est quod nō, sed corpus suum, qd̄ est panis viuus, qui de cœlo descendit, qui per manus spiritus sancti formatum, est cibus anima, dans illi dispositionem aeternę hæreditatis: quia spiritus est qui vivificat. Et de hoc exigitur fides, & non solum hec, sed charitas, que adificat, iuxta illud Apostoli, i. ad Corinth. 13. Si omnem fidem habuero, sic vt montes transferam, & corpus meum tradidero, vt ardeam: charitatem autem nō habuero, nihil sum. Varie ergo, idem Corpus Christi suscipitur, & varie operatur, secundum varias dispositiones recipientium. Dicitur etiam panis benedictionis, quia per corpus Christi, quod est panis cœlestis, anima benedicitur & Christo unitur. Panis ergo cœlestis, panis benedictionis est, qui animam benedicit, & præstat illi permanētiā aeternam cum Christo. Christus etiam panem Triticeum accepit, & benedixit verba sacramentalia proferens, & ex pane factum ibi corpus Domini fuit: ideo caro Christi panis benedictionis dicitur, quia per benedictionem panis factum est ibi verum Christi corpus. Ad auctoritatem Hilarii adductam in oppositum, dico quod per arcum cibi sancti, non intelligit, vt isti inepit inducunt, cōtempnationem Christi: sed sacramentum, quod arcum est: quia creditur, oculis nō videtur. Cibi vero quia vere cibus anima est, iuxta sermonem Domini Ioan. 6. Caro mea vere est cibus: id vero quod dicit Hilarius quod, s. in fide resurrectionis accipitur sacramentum cœlestis pani, non sic intelligendum est, vt realē p̄sentiā corporis Christi excludat: sed qd̄ panis ille cœlestis qui de cœlo descendit, qui Christus est, veritate dicente: Ego sum panis verus, qui de cœlo

M

## DE VERA CHRISTI CARNE

descendi. Non prodesset ubi fides resurrectionis abesset, & charitas, immo sicut nutrimentum corporale in substantiam nutriti non conuertitur, nisi mediante calore naturali, ita caro Christi quae vere cibus animæ est, non prodest sine charitatis ardore, qua fidem supponit, sine qua impossibile est placere deo. In fide ergo & charitate, debet suscipi sacramentum; & tunc est etca vita & ita non sufficit confidere in Christo, ut excludit sacramenta, neque fides sola sufficit, dicente Christo. Nisi manducatur etis carnem filii hominis, non habebitis vitam in uobis. ¶ Ad auctoritatem Hieronymi, qui tam clare pro veritate huius sacramenti loquitur (vt notavimus) dicendum quod Hieronymus loquitur de effectu Eucharistie respectu suum, qui indigne sumit; & non loquitur de veritate sacramenti; nam malus sacerdos verba proferens super materiam debitam, sacramentum conficit secundum Christi promissionem. Cum vero dicunt, quod sanguis dispensabatur populo. Dico quod verum fuit in Ecclesia primitiva; postea tamen adeo crevit populus Christianus, quod propter scandalum, quæ accidere possent, retrouata est illa consuetudo, præseruimus cum in pane sumatur etiam sanguis, qui non derelinquit Christi corpus in Hostia & propter exemplum Christi, Cleopham solo pane comunicantis, ut diximus. ¶ Ad rationem per quam probare intendunt, male ordinatum esse, ut vinum separatum cōsecretur. Dico, quod si in primo signato specie panis, non continetur sanguis, sed tantum cōcomitantur; patet ibi non esse bis sanguinem ex vi sacramenti, sed sub specie panis esse cōcomitanter. Sub specie autem vini, ex vi sacramenti, non ergo incipit esse postquam fuit; quia tunc primo incipit esse vi sacramenti. Præter autem concomitando primum signatum contentum sub specie panis. Vbi vero teneat, quod sanguis est pars per se corporis signati sub specie panis, abhuc etiam non incipit esse bis; quia licet per se sit sub specie panis, non tamē primo; sed ut aliquid primi signati, sub specie vero vini, incipit esse per se & tanq; primum signatum; unde neque Sacerdotes plus accipiunt, quod laici, neque Laici diminute capiunt sacramentum. ¶ Ad sequentem rationem, quæ pluries pertractata est, quia fundatum erroris eorum est; dico quod procedit ex verbis Domini male intellectis. Non enim intendit Dominus veritatem sui corporis, negare sumentibus sacramentum, ipsam et veritate dicere: Caro mea, vere est cibus; & sanguis meus, vere est potus; sed illi carnaliter intelligentes, modum ignorantes; credebat Christus offerre carnes suas sicut carnes catteroz & aialium, ut dentibus scinderebant; & in stomacho digeste in substantiam nutriti conuertenter. Unde eis gñabat nausea, & dicebant: Quo potest carnem suam dare nobis; & similiter durus est iste sermo; Certificauit autem eos dominus se non sic erogat carnes suas, ex hoc quod videbunt eum ascendente ad celos. Et de modo manducandi uolens eos instruere, dicit dominus: Verba mea sunt spūs, & uita; Ipsum vero corpus secundum Augustinum & quod uidebatur, & non ipsum quod uidebatur erant manducaturi ipsum intuisibiliter, non ipsum uisibiliter, quod in celo est. Inuisibiliter ergo, sub forma panis uera christi caro comeditur. Intellexisti ergo spiritualiter spiritus, & uita sunt. Intelligere autem spiritualiter non est in Euangelio, & passione Domini cōfidere solum; sed cōfidendo carnem Christi sumere ueram spiritualiter, realiter tamen & non uisibiliter. Caro enim christi, ut caro est, non prodest quicquam. Ut autem caro christi uerbum est, & uerba cibatorium; non hoc ergo corpus, ut uidetis manducaturi estis sed inuisibili. Unde uobis gñata est nausea, neque loquitus estita

## ET VEROTEIVS SANGVINE 68

est ita dominus ad indurandum corda eorum, ut heretici exponunt, cum eadem verba dicat discipulis in nouissima Coena Hierosolymis celebrata. ¶ Ad sequentem rationem, in qua dicitur, quod secundum illud aliquid terminatur, secundum quod succedit termino non a quo; dicendum quod proprium Christi corpus non dicitur succedere panis secundum esse substantiam; quia licet hec esse substantiam post esse panis; non tamen incipit illud esse habere, pane desinente, quod ad successionem, proprie require videtur. Vide neganda est substantia, terminat secundum quod proprium succedit, quia secundum ppositio vera est et si transubstantiatione esset productiva termini ad quem, quia tamen secundum illud terminaret secundum quod succederet. At transubstantiatione non est productiva, sed conuersuaria tantum alterius in ipsum, ideo secundum illud terminat, secundum quod non succedit; sed bene verum est, quod secundum illud est nouitas in termino ad quem, secundum quod succedit termino a quo. Non est autem in Christi corpore aliqua nouitas, nisi secundum presentiam; & secundum illam, dicitur succedere substantia panis; quia quoniam erat substantia panis, Christi corpus non erat presentis; nunc vero realiter est presentis. Secundum ergo presentiam succedit, secundum quam est nouitas. Secundum substantiam vero terminat; ideo transubstantiatione non est verbum a papistis inventum, ut assenserunt heretici, immo a Christo incepit, qui benedicendo panem, dixit. Hoc est corpus meum. Et statim substantia panis conuersa est in substantiam corporis Christi verbo illius; cuius voluntate, panis prius factus erat ex nihilo. Si enim sermone eius coelesti, quæ non erant, facta sunt; cur & eodem sermone, quæ prærerant in melius non mutantur, dicentes ergo illo: Caro mea vere est cibus. Non audebit sponsa eius transubstantiatum panem asserere. Quomodo ergo fictum verbum; & si Christus aquam conuertit in uinum & termino conuersionis non est uetus, conuersionem illam fictum verbum heretici appellabunt; & si conuertit in uinum quod non erat; nonne facilius, vel eadem facilitate potuisse aquam conuertere in uinum quod præterat. Taceant ergo, & dicant apud Deum. Non est impossibile omne verbum. Nam omnis conceptus possibilis, sicut est omnis conceptus qui non includit contradictionem. ¶ Ad sequentem rationem, de sufficientia Christi sanguinis semel oblati; dicendum est, præsertimum illa ratio sit abillis multum celebrata. Dico ergo, quod Christi sanguis ater nus est a parte post. Et quod ipse auferat omnia peccata ab initio mundi usque ad consummationem saeculi; nam, & in virtute eius, peccata patrum remissa sunt. Non enim est datum aliud nomen in quo saluari oporteat homines. Quotquot salvati sunt, & saluabantur in virtute unius mediatoris, qui est Christus, saluantur, & in sanguine eius, alterius gratia fuisset mortuus ad Galat. 2. Oportebat uero Christus pati, & sic intrare in gloriam suam, neque debet pluries se offerre, ut Pontifex intrat singulis annis in sancta, in alieno sanguine; alioquin oportaret Christum frequenter pati ab origine mundi; neque propter hoc Sacerdotes non debent offere, qui potestatem cōsciendi acceperunt a Deo, dicentes: Quotiescumque feceritis, in meam commemorationem, feceritis; Unde initiauit Euangelicum Sacerdotium. Sacerdotes ergo, pluries per uerum Christi corpus, designant oblationem a domino factam, in cuius virtute omnes saluantur. Quod autem dicunt, neque sufficit Christi sanguis ad omnia peccata remittenda; dico, quod uerum est: sed illud

## DE VERAE CHRISTI CARNE

Christi meritum non applicatur, nisi mediis fide & sacramentis, nam in illis pmit  
titur vita eterna, iuxta sermonem domini dicentis Ioan. 6. Qui comedit meam  
carnem, & bibit meum sanguinem, vitam habebit eternam. Sufficiens est ergo Christi  
sanguis, delere peccata mundi, & dare aqua salientem usq; ad vitam eternam Ioa.  
4. Sed non nisi mediis instrumentis dat. Non enim sufficit sola fides, quia sine ope  
ribus, mortua est, ve offendam in q; propria super hoc: neq; sequitur quod Christi  
stus pluries moritur, sed pluries mortem annunciamus. Timent ne fortasse Christi  
corpori dolorem inferre, eius mortem memorando, in qua libere suscepit, mundum  
salutavit. Vnde ad confusionem eorum verba inducere decreui, quae Gregorius po  
nit in Homelia Paschali, ea dicit. Quid sit, vbi sic dicit. Quid sit sanguis agni, no  
tam audiendo, sed bibendo didicisti, qui sanguis super utrumque postem ponitur, quia  
non solum ore corporis, sed et ore cordis hauritur. Hec salutaris victima illam no  
bis mortuam vngeneri per mysterium reparat, qui licet resurgens ex mortuis, iam non  
moritur. Mors ultra illi non dominabitur, tamen in seculo immortaliter & incorruptibili  
ter vivens, iterum in hoc mysterio moritur. Eius quoque vbique corpus sumitur: eius ca  
ro in salute populi patitur: eius sanguis non iam per manus infidelium, sed fideliuum, in  
ara funditur, & sequitur: uno eodemque tempore, ac momento, in celo rapitur, mini  
sterio Angelorum corpori Christi sociandus, & ante oculos sacerdotis in altari vi  
detur, tanta est Ecclesiae unitas in Christo, ut unus vbique sit panis corporis Christi,  
& unus sit Calix sanguinis eius. Calix namque sacerdos Catholicus sacrificat: non  
alius, nisi ipse quemadmodum Apostolus tradidit: quia sicut diuinitas verbi Dei, est vita,  
quaeruntur impletum mundum: ita licet in multis locis & innumerabilibus diebus illic co  
secat corpus. Non sunt tamen multa corpora Christi, nec multi Calices, sed unus cor  
pus Christi, & unus sanguis, cuiusque quod summis in utero virginis, & quod dedit Apostolus.  
Diuinitas n. verbi, replet id quod vbique est, & iungit & facit, ut sicut ipsa vita est, &  
ita unus corpus eius sit in veritate. Vnde aduertendum est, quod siue plus siue minus,  
quis inde percipiat oes, & qualiter corpus Christi integrerime sumut, & generaliter oes  
& spaliter unusquisque, & idem Gregorius. Quotidie ipse comedit, & bibit, in  
veritate, sed integer & viuus, atque immaculatus manet, & ideo magnus & pauus est  
mysterium: quia aliud vir & aliud intelligit: Hec Gregorius. Non dubitet ergo  
celebrare, ne Christum occidant, sed adiuduant quod non celebrando contra preceptum  
Domini, dant sibi laqueum ad peccatum eternam, & sacra dignitate non dijudicant. Ex  
his ad aliam rationem patet solutio. Non nam memorat Christi passio, ideo Christus mo  
ritur. Oblatio autem Eucharistie, est signum imolationis, quia ipse fecit in arca crucis,  
iusta sermonem Apostoli, ad Cor. ii. Hoc facite in mea commemoratione. Quoties  
cunque panem hunc manducabis, & calicem bibebis, mortem domini annuncias. A  
d id quod dicunt de missa, quod non fuerit a Christo, vel ab Apostolis instituta:  
dicendum, quod missa, quo ad principale in illa contineatur, quod est sacrificium Eucharistie,  
fuit instituta a Christo in ultima cena, quia accepit panem, & benedixit dicens.  
Hoc est corpus meum. Similiter, quo ad Evangelia, & epistolam, fuit ordinata ab  
Apostolis & Evangelistis. Alia autem ab Ecclesia ordinata sunt, in qua nulla est  
macula. Et quid est in missa, quod displicere debeat, & nomine opprobrii  
sit dignum nominari, & quod ab illo opprobrio deberent Sacerdotes desistere.  
Erit ne sacramentum corporis Christi, quod est panis, qui de celo descendit,

## ET VERO EIVS SANGVINEU 69

dit, ipsamet veritate testante. Ego sum panis qui de celo descendit: & caro mea  
vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, & ubi in sacramento non sit verum  
Christi corpus: memorare passionem Domini: Inutile fortasse reputant, quod  
Apostolus a Domino accepisse Corinthiis fatetur, dicens: Ego enim a Domino  
acepi, quod tradidi vobis: quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, &  
alia quae sequuntur. ad Corinth. ii. reputat fortasse opprobrium Euangelium  
audire in quo Christi vita, & sancta praecepta & consilia continentur: & tamen isti fa  
tentur se secundum Euangelium vivere. Displacebit eis epistola Pauli, qui se Paulinos  
appellant. Erit fortasse opprobrium orare Beatos in patria, & illis respondere  
Raphael, Tobiae, 12. dicens: Bona est oratio, cum ieiunio & elemosyna, ma  
gis quam thesauros atri recondere, & parum infra: Quoniam orabas cum lachrymis & lepe  
liebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per die in  
domo tua, & nocte sepeliebas eos. Ego obtulisti oferentiam tuam Domino. Ex his, Luce  
clarus apparuit, quantum valeant oferentes angelico testimonio. Quare raccant, & eru  
bescant dicentes inutiles essemus oferentes, quia siue beatis. Videant illud Machab. 2.  
C. 15. vbi dicitur. Hic est qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta Civitate Hie  
remias propheta Dei. Similiter videant illud, Petri, C. i. Quoniam si dicant illa non  
esse Petri, quia styllo differt a prima: Ego pari facilitate dicam primam non esse Pe  
tri, quoniam styllo differt a secunda, neque regulam Beati Augustini ordinis imerito no  
banum, eius esse presentiam: quia styllo differt a reliquis eius libris: neque Gregorii re  
gistrum illius fore presentiam: cu[m] styllo differt a reliquis Gregorii scriptis. Dicit  
ergo Petrus dabo autem operam, & frequenter habere vos post obitum meum, ut horum  
omium memoriam faciatis, sed ut taceant, & que dicimus veneremus: Audi, Io. Apoc.  
8. vbi sic legitur. Et unus Angelus venit, & stetit ante altare habens thuribulum au  
reum, & data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum oium sup  
altare aureum quod est ante Tronum Dei, & ascendit fumus incensorum de oferenti  
bus Sanctorum de manu Angeli coram Deo. Quid dices ad hocharetice: nonne  
illa incensa sunt, oferentes sanctorum nonne Angelus illas Deo obtulit? Quare raccant  
& contemplare simul, & venerare quae dicimus. Displacent fortasse istis in missa,  
laudes Dei, & Propheta, nos ad laudem Dei invitantes. Displacent gratias actiones,  
si quid est Christus Luca. 22. Accepto pane gratias egit, de oibus nostris gratias debemus  
Deo, agere scdm monitu Apostoli. Quid ergo Barbarae saus in missam? Quid nam  
aliud missa continet, quam imolationis Christi, quae fecit in arca crucis, piam commemora  
tionem, siue per verum corpus Christi, ut fides Catholica asserit, siue per panem figura  
tum, ut tu impie Zwingiani dogmatizas: Cotinet gratias actiones: laudes Dei: sup  
plicationes per populum: per remissionem peccatorum. Vnde adiuduerit, prudens lector, ut ad  
versarios derideas ineptias: quod gain missa sit sanctificatio populi: necessaria est Christus  
veluti Sacerdotem fidelium suum interesset. Necessaria autem est Hostia, per sanctificationem.  
Qualis autem Hostia Apostoli docuit ad Heb. 9. quod Christus semel in consummatione saeculo  
rū, ad destructionem peccatorum per Hostiam apparuit, & cap. io. Sanctificati sumus per  
oblationem Iesu Christi semini. Si igit Christus sanctificat & pater est in missa, san  
ctificatio est populi: cum est totius populi in missa agit, & ideo solebat populus rinde  
re. Propter confusionem tamen ordinatum fuit, ut unus per oibus responderet. In missa ergo,  
sanctificatur sacerdos: sanctificatur populus: spiritus hois eleuatur in Deum: com  
dit.

## DE VERA CHRISTI CARNE

memoratio fit imolationis, quam Christus fecit in cruce. Et vide quid Augustinus de altaris sacrificio dicit, ut induxit nos. In missa nostra veri Dei precepta insinuantur: aut miracula narrantur; aut dona laudantur; aut beneficia postulantur. Desistat ergo isti, a tam magnō opprobrio, & amplius in sancta missa non loquuntur: Inde patet solutio ad sequentem rationem. Nullus est neque Papa, neque aliquis mortaliū cōuentus p̄nit ordinare facit: sed Christus, qui caput est Ecclesie, sacra īstituit Eucharistia, & confiendi auctoritatē discipulis coēcessit, & est ibi Christi corpus memoriale passiois quā Christus passus est: neque Christus iterū moritur, qui resurrexit primus iter fratres, & ad cœlos ascendit, & mors ultra illi non dominabitur, in quā cōfidentes viuent in æternū. **C** Ad aliam rationem, quā faciunt contra Pontificiā dignitatē: dico, quod cum Christus ascensurus esset ad cœlos, cōueniens fuit Ecclesiae militanti aliquā loco sui subrogare. Non enim erat cōueniens ut Christus Sacerdos sumus, cōtinuo miraculis, ad opera humanitatis descendere: ideo Christus postquam Petro promisit claves regni cœtū Matth. 16. ad executionē diuina proutidentia, p̄perans. Io. 21. dixit Petro. Petre diligis me plus his, reliquos ostendens discipulos: ille autem ad dilectionē suam r̄redit. Noluit vero, majorē dilectionē sibi arroganter assumere, qui aliena corda non inspiciebat. Facta autē r̄atione de dilectione Dei, quā præxigenda est ad pastoris officium. Dixit illi Dominus: Pascere oves meas, non has, vel illas dixit, sed oves indifferenter, & non solum oves Israel. Unde vniuersum gregem sibi cōmendatū Catholicae intelligimus: Ideo cū discipuli ex nauicula vidiscent Domini in littore, Petrus se proiecit in mare, reliquis in nauicula venientibus ad littus, quod diuinio mysterio factū est. Petrus, n. futurus erat pastor vniuersalis Ecclesie: Illi vero particulariū Ecclesiariū. Ideo Petrus, pedibus vniuersum mare calcauit: alii vero cū nauicula Petri igitur, vniuersalē comendauit Ecclesiam, & illi dixit: Pascere oves meas: Dixit vero tunc p̄ tria opera, præsertim pastoribus debita, docere. Si quod doctrinā in pastore supponit, ut prædicare possit, & gregem instruere. Unde qui ad prædicandum alium mittit, gregi proutidet, sibi vero non prouidet. Non enim dixit Dominus: Ite, & mittite ad prædicandum, sed ite & prædicate: neque suffraganei sufficiunt, qui per accidens p̄ nostra peccata sunt. Unde non residere in Ecclesia, est contra dispōnem iuris diuinij, neque aliquo modo dispensabile: & sic, quō Cardinalis possit Episcopū creare: difficultate non caret. Aliud quod requiri est, sui exēplo ad bona opera gregem inducere, juxta illud Domini: Vos estis lux mundi: sic luceat lux vestra corā hominibus, ut lucerna super montem posita, & debet tertio Pastor, subsidia tūpalia ministrare. Non enim est pastor, qui curam bono & pauperum habet, illis indigentibus non succurrit. Et si decimā erant iudicia in lege veteri p̄ distributiua iustitiam servandam, licet aliquid offere, morale sit, præsertim de primitiis, quā sacerdotes erant. pars populi israel, qui non habebant partē in possessionibus filiorū israel, ut scriptū erat in lege: quō nunc sacerdotes curati, qui non sunt centesima pars populi Christiani, decimas p̄nit petere a Fratribus, cum quibus æquali portione, paternam diuiserint hereditatem, sine virilibus, & filiis, fratribus, grauatis familia, hospitalibus ordinatis, p̄ pauperes, multisq̄ ordinatis redditibus pro substantiatione sacerdotū. Sciant igit̄ sacerdotes, non pro se, sed p̄ pauperibus decimas exigendas esse, cum quibus si alteri dispensari potest, non intelligo sic, quod iustitia cōseruet distributiua. Discant ergo prælati, gregi tūpalia subsidia ministrare, neque

ppter

## ET VERO EIVS SANGVINEO.

pppter hoc quod Ecclesiæ habent in cōmendā, & non in titulū, absoluunt a pastoris officio: aliter sedes Apostolica de pastore non prouideret Ecclesia: & de illis, fortasse tractatum faciam spālem. **C** Certum tamen est, quod nisi Pastor pauerit oves suas, hoc triplici pabulo salutari non est imitator Christi, neque Christi præceptum adimpler. Si ergo diligit Christum: pascat oves, verbo doct̄a prædicationis: exēplo sancte cōuersationis: & subfido pia charitatis: & ita in fide, spe, & charitate, se Pastorem ostendet: & ita a Lupis oves suas liberabit: & in eo lucebit triplex vis, tribus personis corrēpondens, sapientia, potētia, & bonitas: & oves liberabūtur a mundo, carne, & diabolo: & nisi sic aīam suam posuerit pro oib⁹ suis: non erit bonus Pastor. Pascere non oves pabulo prædicationis: est officium de necessitate an nexū Pastorali dignitatē: & sicut in politia terrena necessarius est cibus corporalis: alioquin sine illo periret: sic & in politia Ecclesiastica, necessarius est spūialis cibus, pro vita aīatum cōseruanda, iuxta vetus illud dictū, & a Christo renouatū: Non in solo pane viuit homo: necessarius ergo fuit, ministros huius pabuli, p̄ ouibus Christi spiritu aliibus ordinare. Illi autem ex officio prælati sunt, quos crebro scriptura, tam veteris, quā noui testamēti pastores appellat. Vnde nec puduit Deus, ad huius rusticorum humilitatis exemplū, se deicere: ppter ea dedit Deus pastoribus, regiones gentium, & labores populorū: ut sine parati, iuxta monitum Petri omni p̄ feenti reddere rationem, de ea, quā in eis est, fide, & spe. Hinc Paulus ad Timotheū, & Titum, & alibi, plures vult Episcopū doctorem esse, & potentē instruere in doctrina sua, & eos qui prædicantē redargueret: & hoc officium ita ceteris prætulit, ut de ceteris nullam curam habuisse videat, etiam de his qua præcipua sunt. Vnde & prius ad Corinthi, primo dixit. Non misit me Dominus baptizare sed prædicare: sed nunc apud quosdam prædicare, opprobrium reputatur, & officium mendicantium, & pauperum Theologorum. Sed dicet aliquis: aīalis homo, qui non sapit ea, quā dei sunt, p̄ se & sociis suis, prædicamus gregi nostro, per substitutos & doctos qui se libenter ad hoc opus ingerunt. Nos autem ardua agimus: iuris dictiōne nō am & tēporalia nostra, vigilanter protegimus: sine quibus spūialis diu esse non potest. Sed r̄indeant quā so: Non diceret magis, si per se ipsos, quod principale est exercerent. Quod vero accessorium per substitutos & procuratores. Et aliqui sunt qui inuigilant magis in eligendis mercenariis pro cultura agrorū, q̄ prædicatoribus pro cultura spūiali animalium: & aliqui omnino istam curam negligunt: vnde populus cogit inuenire, & eleemosynam soluere. Illis tamen a Christo annexa est prædicandi obligatio, & illis magis, qui magis Apostolicæ accedunt dignitati: & beneficium magis dat p̄ prædicandi officium, q̄ ppter officium in horis canonici decantandum: & si magnū est pascere carnem p̄tinus morituram, ut interim viuat: quanto magis preciosum erit aīam in æternū victuram, verbo vita pascere, ne pereat: Quid si non fecerit, in faciem illorum, dicet Dominus: Parvuli vestri, petierunt panem, & non erat ex vobis q̄ frangeret eis: & quō prædicabit, nisi qui mittitur? Ille mittit, qui ad pastoris officium vocatur a superiori auctoritatē hinc. Pastor est se defendat, & oves a lupi auaritiae. Oportet nam, inquit Paulus, verum Pastorē Hospitalē esse. Sed quō datum Hospitalibus suis, qui satagit alienatollere. Sint etiā diligentes, cū sacerdotes promouent ad parochiale beneficium. Discant et subditos in æquitate & manutine gubernare: non in superbia, & nequitia: neque eos cōuertant ad suos usus: ue-

## DE VERA CHRISTI CARNE

qui filii regis sunt in Ecclesiastica Hierarchia, in qua liberi esse deberent, oneribus grauenit, quæ supportare nō possint. Lex sancta est; obedientia sancta; dignitas quoq' pastoralis sancta est: & si quis Epatum desiderat: bonum opus de tiderat; sed ad ædificationē concessum est, nō ad destructionē; sed' ve pastoribus Israel (dicit Dns) qui pascunt se metipso. Nōne greges pascūt a pastoribus; hac comedunt; lanis operiunt; qd' crassum est, occidunt; gregem aut nō pascunt; qd' infirmum est, nō consolidant; qd' agrotum, nō sanant; qd' confractum est, non alligant; qd' abiectū est, nō reducunt; qd' perierat, nō querunt; sed cū austeritate imperant, & potentia: tñ temporalibus quidam sup intendunt; sed vñ oportet facere, aliud nō omittere, dicit Dns, vt intelligenter vñ longe pluris esse necessitatis. Errauerunt greges mei, dicit Dns, in cumq' suis montibus, & non erat qui re quireret; nō erat in q', qui requireret; ppter ego liberabo eas, dicit Dns, & non erit ultra eis in escam, & qd' perierat, requiream; qd' abiectū, reducam: quod cōfra etum, alligabo; quod infirmū, cōsolidabo; qd' pingue, custodiām; hæc dicit Dns, vt Pastores intelligant, ad eorum officiū pertinere, quæ se factū promittit, non aliter: q' Petro dixisse fer'. Vado Romanā iterū crucifigi, vt eum ad coronā martyrii, illos ad pastoris officiū monitos, hæret, in dignitatē pastoralem, nos non mouemus hæc verba. Illā n. vt decet, summa veneramur humilitate, sicut & pastores bonos, sed in malos mores, multorū oculos digrediendo cōvertimur, sicut amor veritatis, & deflenda nostra tempora ipulerunt, qn̄ harretici crudelissimi sequunt in Ecclesiam, & nō est qui soletur eam; sed deiectum prius Iesum legimus sup asinum in Hierusalem triumphantē receptū, & eo cum honore, quo nunq' decorati fuerunt David aut Salomon reges eorū. Diuino n. honore receperunt eum; Et si Christus Petrum liberauit, dum sumergetur in mari, & cœlū & terra peribit ante quam peribit aliquid in lege promissum: spero sponsam Christi, matrē nostrā sanctam Romanā Ecclesiam, hareticorū nequitia nō conculcandā; ipse qui potens erat, ipse qui oīa fecit ex nihilo: dixit Ecclesia in persona Petri: Ego roga in pro te Petre, vt nō deficit fides tua, & nos defecturam amemus; ipse rogat, & ipse est, qui rogatur, & nō est qui possit ei resistere, & ipse dilexit sp̄sām tuā, qua in ēternū del̄ponit, scđm Oſee p̄phetam, & quā ita dilexit, vt formā serui acciperet, & illam in morte depōsuit, quam assumptam, amplius nō deserens, in cœlū attulit, & ipse custodiet eam. Fundata est n. Ecclesia supra petram firmissimam; flauerunt venti, inundauerunt fluminā; & nō est passa ruinā, & primitus Petri & successori, non solū sacra eloquia, sed Cyprianus, Aug. Tho. & oīes saec. Theologi, prædicant & defendunt in simili cū principatu sedis apostolica. Sed redeamus vnde diuertit sermo, quia nimis digressi sumus. Christus igitur postq' Luce. 22. fidem suam, fidē Petri dixit; illi fidem comēdauit, dicens; & tu alijū coniurū, affirma fratres tuos: qd' non dixislet, nisi Petris loco sui futurus fuisset Ecclesia primus honore, & præte. Vnde Dionysius ad Thymotheū scribens, ait: Ecce enim Petrus fundamentū Ecclesiarū, & gloria Apostolorū: & infra, tunc inquit Paulus Petro. Pax tecū fundamentum Ecclesiarū, & Pastor ouium, & agnōtrū Christi: ex quibus patet error istorū, de quo nolo nunc sermonem facere; quia de domīno Christi in temporalibus & spiritualibus: de Successione: de Primatu Petri: de eius Successore: de Romano Pontifice; & eius potesta-

tis

## ET VERO EIVS SANGVINE. 71

tis plenitudine; de eius electione; & quō, & quando ad Cardinales detenit, & de Ecclesiæ potestate, feci librum spālem, quæ adhuc non publicauit, neq' aliquid ibi a me prætermittitur, quod ab istis, aut ab antiquioribus in cōtrariū dicat. ¶ Ad aliam rōnem admirabilem, dico, quod in missa nō sunt nisi sancta verba, & verū Christi corpus, & quo ad hoc missa incepit in cōcena dñi celebrata Hierosolymis, in qua voluit hoc sacrum instituere, vt esset vltimū memoriale qd magis configeret mentibus hoīum; & istud est qd' sanctificat, & hoīes ad bene operandū disponit; sed omne malum, dicit Dns, ex te est israel: a me autem, nō nisi bonum. Si ergo mali sunt Christiani, non sunt pp missam, quæ hortat ad bonū. Quid enim in missa est qd' possit homines disponere ad malū? Et si ratio cōcluderet, baptis̄m etiam dignitatē destrueret. Sacramēta. n. hæc disponunt hominem. Re linquunt tamē eum in cōfilio eorum, & isti qui nunc non missant, o q' sanctissime viuunt. Est ne sancte viuere, Monachas, quæ libere virginitatem voverūt, in uxores ducere, & filios sacrilegæ fornicarionis ex eis facere, & tñ virginitas est consilium, & consilium materia apta est, super quā pōt cadere votum, qd' in cōfilio habemus: Reddere aut sub præcepto, vt patet in lege. Scriptū est. n. Vouite & reddite vota deo: vbi Chrysostomus dicit, vovere cōlūlūt, reddere vota præcipitur. Sancte igitur, isti viuunt, cum uxoribus in duo cōsilia cōtra præceptum Dñi operantibus. Sancte viuunt isti Cæsari nō obedientes. Inuenient fortasse in Paulo ad Romanos, quod nō est superioribus obediendū; sed nō admiror istos qui velint vt hoīes eos admirarent, ppter nouas opiniones. Non est. n. aliqua eorū hæresis, quæ nō fuerit antiquissima, & in sacris cōciliis cōdenata; & vellem cū istis coram disputare, vt eorum ingenia viderem, qui cū ignari sint Philosophiæ, nos Sophistas appellant. ¶ Ad sequentem rōnem, in qua afferunt qd' adoramus creaturam: dico qd' isti, aut non intelligunt, aut nolunt intelligere, quod nos adoramus. Non. n. qd' videmus, adoramus; sed corpus Christi qd' nō videmus, & dum illud adoramus, creaturam nō adoramus, sed indistincte actus adorationis, fertur super humanitatem verbo vñitam. Oīno tamen rō adorandi, diuinitas est, cum de adoratione Latræ loquimur, cui cōuenit ratio summi dominii, & infinita perfections, quæ adoratio. Latræ extrinseca protestat. Est etiam ibi Christi imago: sed quia, qd' hoc sacramentum sit adorandum; faciemus speciale capīm alibi; ideo quę diximus sufficiant. Christus etiam nō est creature, quia esse suum vniū est in creatum. ¶ Ad rōnes acceptas ex verbis Aug. dicendū est; & si multoties aper te dicta sit Augustini intentio; nunc tñ iterum aperienda est, ppter hareticorū præteriū. Dico ergo, qd' manducare sacrâliter, nō est manducare panem significatiuum veri Christi corporis, sed species panis & vini sub quibus attingetur verum Christi corpus, & verus eius sanguis. Verum si Christus nō manet in illo, & ille non manet in Christo: quāvis Christi caro sit spiritus & vita, illi tñ nō est spiritus & vita, sed iudicium sibi manducat & bibit. Per sacrum autem, tam excelsa rei, intelligit corpus Christi sub speciesbus panis, & nō sub speciesbus carnis propriis. Quod aut subdit dicta Io. 6. cap. esse intelligenda de cōfidentia in Christi mortem falsum dicit. Sed de corpore Christi intelligit, & sanguine vero operis speciesbus panis & vini, vt diximus, scđm auream expositionem Chrysostomi, quam non cōsiderauit modernus exp̄sitor Euangeliorū. Et sic accipere corpus

# DE VERA CHRISTI CARNE

Dñi sub aliena specie profiendo in Christum, & in eo maniendo, est spiritualiter & sacramentaliter, & non carnaliter intelligere, sicut intelligebant Iudei dicentes. Quo pot hic dare carnem suam ad manducandum? Ad ultimam rationem, dico quod isti inuenientes in Paulo, quod fides est non apparentium: Credit inde elici posse consequentia necessaria, quod sit non existentium. Dicant isti: Est ne fides de hoc articulo: Deus est trinus, & unus, & quod Christus mortuus est, & sedet ad dexteram patris. Quid est ergo quod dicunt, quod fides non sit existentium; verum est, ubi apparent evidenter sic esse: Evidentia nostra rei est, qua fidem tollit non existentia: neque dicimus, quod sub specie panis sit verum Christi corpus, quia nos ita credimus esse: sed quia Christus dedit auctoritatem discipulis illud conficiendi: neque teemus in fidē quod caro Christi corporaliter comedatur, sed in fide tenemus, quod vera Christi caro comedies, veritate dicente: Caro mea vere est cibus: & sanguis meus vere est potus. Si vere inquit, ergo non metaphorice aut similitudinarie. Si ergo haec scripta sunt in Euangelio: cur non credam. Scripta sunt namque propter nostram credulitatem Ioā. 20. neque vias ad salutem multiplicamus, ut haeretici obiciunt. Una nostra via est Christus. Sicut iuxta sermonem Domini Ioā. 4. Ego sum via, veritas, & vita: sed illamet via, veritas, & vita, ostendit instrumenta quibus ambulare debemus, per illam viam, dicens: Ego sum panis, quod de celo descendit. Caro mea, vere est cibus. Sanguis meus, vere potus. Qui comedit meam carnem, & bibit meū sanguinem, vitam habebit aeternam; & sicut ego vivo propter patrem: ita ille vivit propter me, & nisi manducaueritis carnem filii hominis, vitam non habebitis aeternam. Est nam illa caro, verbum ciborum anima, & sic patet, Dei gratia, rationes haereticorum non cocludere contra solidam & Catholicam veritatem Eucharistie.

Completum Roma in Palatio Apostolico, in quadribus Retieredissimi & Illustrissimi Nicolai Cardinalis Ardinghelli. Si autem aliqua dicta sint, quae Catholicæ veritati repugnent: illa abieramus, & nos nostraque omnia, sacro Cœilio & Romano Pontifici eius capitì, immo totius ecclesiae & dei Vicario, summa cum reverentia submittimus. Completum anno atatis meæ 44.

Opuscula clarissimi, & profundissimi Theologi. D. Ioā. Antonii Panthus & Cosentini; De Prædestinatione, de libero arbitrio, operibus, & dei gratia; & de vera Christi carne, & vero eius sanguine in sacramento Eucharistie: Ut ad honorē Christi, & utilitatem ecclesie, publicari possint ipsa Typis: Ex officio peterrans oculis offendit, non modo sacrosancte fidei pugnam non inferre: verum etiam, eiusdem fidei dilucidationi, siliarum veritate, copia, virtute, profunditate, plurimum conferre. IN quorum fidei præsentibus quæ huius meæ approbationis testimoniis perhibeant, manu propria me subscripsi. Datum Roma ex Apostolico Palatio. iii. Kal. Octobris. 1545.

Frater Bartho. Spine, Pisanus, Ordinis prædicatorum:  
Magister Sacri Palatii.

Roma apud Antonium Bladum Asulanum. M. D. XLV.

## ¶ Errorum, qui hoc in libro comperiuntur.

Imprimis: lege fides, ubi fidei inuenies  
fiat, ubi fieri  
sine, ubi siue  
dicit, ubi dicit  
dicit, ubi dicit  
erga, ubi erge  
affigeret, ubi affligeret  
perlonari, ubi perlonati  
impassibilitatem, ubi impossibilitatem  
infirmiori, quod firmiori, ubi firmiori, quod infirmiori  
timeat, ubi teneat  
credimus, ubi credimus  
volens, ubi nolens  
Nota: non esse superfluum  
sine, ubi siue, ibidem  
constituere magis, ubi constitueremus, agi  
uoluntati, ubi voluntatis  
& voluntatis, ubi voluntati, ibidem  
principii, ubi principi  
qui sunt, ubi que sunt  
ruinarum, ubi minarum  
areschamus, ubi areschamus  
secundum, ubi secundam  
Et ibidem linea 25. ubi in impietas, lege tantummodo, ubi impetas  
Et ibidem linea 26. nolebam, ubi volebam  
Et ibidem in principio ultima linea, partem, ubi artem  
iustificari, ubi iustificati  
intensissime, ubi intensissime  
saluari, ubi saluati ibidem  
pro beatitudine, ubi per beatitudine ibidem  
substantiuatum, ubi substantiuum  
confonit, ubi confonant  
Et consequenter, ubi consequenter  
quidam non intelligentes, ubi quidam intelligentes  
deceret, ubi dicaret  
lac, ubi hac  
post (si liber eius) adderetur  
& angustissima, ubi angustissima, ibidem

fol. 3. pagina. i. li. 39.  
fol. eodē pagina. 2. li. 26.  
fol. 10. pagina. 2. li. 3.  
fol. 12. pagina. 2. li. 12.  
fol. eodē pagina. 2. li. 14.  
fol. 13. pagina. 2. li. 33.  
fol. 14. pagina. 2. li. 28.  
fol. 19. pagina. 2. li. 28.  
fol. 20. pagina. i. li. 27.  
fol. eodē pagina. 2. li. 26.  
fol. 23. pagina. i. li. 29.  
fol. 24. pagina. i. li. 24.  
fol. eodē pagina. 2. li. 14.  
fol. 26. pag. i. li. 34. i fine.  
li. 34.  
fol. 28. pagina. 2. li. 16.  
fol. 36. pagina. i. li. 4.  
li. 6.  
fol. eodē pagina. 2. li. 32.  
fol. 37. pagina. i. li. 24.  
fol. 42. pagina. 2. li. 15.  
fol. 44. pagina. i. li. 2.  
fol. 45. pagina. 2. li. 4.  
Et ibidem linea 25. ubi in impetas, lege tantummodo, ubi impetas  
Et ibidem linea 26. nolebam, ubi volebam  
Et ibidem in principio ultima linea, partem, ubi artem  
iustificari, ubi iustificati  
intensissime, ubi intensissime  
saluari, ubi saluati ibidem  
pro beatitudine, ubi per beatitudine ibidem  
substantiuatum, ubi substantiuum  
confonit, ubi confonant  
Et consequenter, ubi consequenter  
quidam non intelligentes, ubi quidam intelligentes  
deceret, ubi dicaret  
lac, ubi hac  
post (si liber eius) adderetur  
& angustissima, ubi angustissima, ibidem

fol. 47. pagina. i. li. 14.  
fol. 48. pagina. i. li. 4.  
li. 16.  
li. 17.  
fol. 49. pagina. i. li. 37.  
fol. 50. pagina. i. li. 36.  
fol. eodē pagina. 2. li. 24.  
fol. 64. pagina. i. li. 19.  
fol. 70. pagina. i. li. 29.  
fol. eodē pagina. 2. li. 4.  
fol. 67. pagina. i. li. 3.  
li. 4.

*liberis et libetis*

... ambi latitudine y ambi longitudine  
mobidius et id tenuis  
modus et ambi permissus et id tenuis

For epidemic or endemic diseases, the following are the most important:



*Monachorum  
Ecclesiasticorum de Moribus*

1. *Contra* *adversarios* *de* *rebus* *christianis* *et* *paganiis* *et* *de* *rebus* *christianis*  
2. *Contra* *adversarios* *de* *rebus* *christianis* *et* *paganiis* *et* *de* *rebus* *christianis*  
3. *Contra* *adversarios* *de* *rebus* *christianis* *et* *paganiis* *et* *de* *rebus* *christianis*  
4. *Contra* *adversarios* *de* *rebus* *christianis* *et* *paganiis* *et* *de* *rebus* *christianis*  
5. *Contra* *adversarios* *de* *rebus* *christianis* *et* *paganiis* *et* *de* *rebus* *christianis*  
6. *Contra* *adversarios* *de* *rebus* *christianis* *et* *paganiis* *et* *de* *rebus* *christianis*  
7. *Contra* *adversarios* *de* *rebus* *christianis* *et* *paganiis* *et* *de* *rebus* *christianis*  
8. *Contra* *adversarios* *de* *rebus* *christianis* *et* *paganiis* *et* *de* *rebus* *christianis*  
9. *Contra* *adversarios* *de* *rebus* *christianis* *et* *paganiis* *et* *de* *rebus* *christianis*  
10. *Contra* *adversarios* *de* *rebus* *christianis* *et* *paganiis* *et* *de* *rebus* *christianis*

*Estan*  
*Núm.*